Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Polem. Luth. 829

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/2 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

892 th.

# ILLEX ET OBEX

*Pacis Eccleſiarum ſanctæ:*

Illex, GLADIUS SPIRITUS:

Obex, LEX MAHOMETICA,

eiusque parallela,

*exhibitus*

à

JOH. CONRADO DANN-HAWERO, Doctore & Profeſſo-re Theologo, in Acad. Argentoratenſ.

BIBLIOTHECA REGIA DRESDENSIS

Polem. 829

ARGENTORATI,
Ex Officina JOSIÆ STÆDELII.

ANNO M DC LXVI.

131

Theol. Luth. 2030

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/5
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/6
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# ARCHIMEDI PARALLELO, GERMANICO, CHRISTIANO.

HOc nunc age, mi ARCHIMEDES, quod egiſti pridem, cum patria Siculorum *Syracuſa* fortis obſideretur à *M. Marcello*, quamque tunc machinis affabrè confectis, pyroptro maximè, claſſe hoſtili exuſtâ, pice navium concipiente ignem, è radiorum ſolarium reflexione, ab excidio vindicaſti; nunc enſe protege. Marcellus non eſt amplius ante portas, ſed jam intus graſſatur: Non circino nunc opus eſt, ſed qui defendat patriam, gladio. Cedant cylindri armis, ſphæra vitrea induciis fruatur: noli moras nectere theoriâ inani: miles aſtat & jugulum petit, immo ferit.

Archimedes tum forte deſcriptâ figurâ quippiam contemplatus, totusque animo & oculis meditandæ ei rei intentus, Romanorum irruptionem, urbisq; captæ ſtatum non ſentiebat. Subito miles ei adſtitit, ſequique ſe ad Marcellum juſſit. Archimedes priusquam abſolviſſet problema, & ad demonſtrationem perduxiſſet, ire noluit: qua re miles commotus, gladio eum educto obtruncavit, Ita *Plutarchus in Marcello*: Quem enim ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archimede, qui, dum in pulvere quædam deſcribit attentius, ne patriam quidem captam eſſe ſenſerit? Cicer. l. 5. de finib. n. 50.

Is vero ARCHIMEDES ſed parallelus, ſed Germanicus, ſed Chriſtianus tu es, quisquis in Eccleſiâ Chriſti aut vivis ut Civis, aut ut Vigil ad excubias es auctoratus, aut ut Tyro, in arenam aliquando pro CHRISTO DOMINO deſcenſurus, es initiatus. Archihoſtis Sathan inconciliabili bello Eccleſiam oppugnat: quo minus temporis ſupereſt, hoc furit illîc ſævius, hoc blanditur hîc aſtutiùs; ore gladii illîc, hîc vero obice (qui gladium Spiritus, eiusque debitam formam remoratur) cuſo ab eodem Vulcano, cuius afflatu *Mahomet* ſua nefanda ac ἀπρόσιτα ſacra occluſit. claſſis ſyncretica olim, à cordatis patriophilis, radiorum cœleſtium virtute, in favillas & ruta evanuit; at ſenſim poſtea irrepſit, proditione inteſtinâ Irenophilorum, crudæque pacis procorum, adjuta, invaluit, occupavit Urbem, *de pacis gremio* (dicam cum Auguſtino) *ſententiæ fulmina excuſſit*, jamque metatur, jam graſſatur & clamat,

——veteres migrate Coloni!

Quid tu interea? aut ſtertis ignavus, ſupinus, imbellis, perfunctoriè perque

ſolam

ſolam tranſennam myſteria fidei aſpicis, non accurata διακύψει in-perſpicisque, ſuave ſomnians aurea ſecula, Tibi

— jacet in molli veneranda ſcientia lecto,

Et tibi per ventos aſſa columba venit.

aut utraque manu ligonem affers, bidentem, clavos, malleos trullamque, ædem ſacram ſtructurus; neutrâ enſe ad tutelam armatus: cathedras bellatrices, difficiliores preſſu, odio; moralium (faciliorum ſcil.) uti vocantur jactatrices, ſtudio ac elogio proſequeris: ſcil. ante arborem plantatam fructus decerpturus; fidem indefenſam, apiſtiam indepræhenſam relicturus: aut denique non neceſſariis, at orbi gratis, ſtudiis te totum, nihil tui, tàm nunc-neceſſariis quàm quæ maximè, at orbi inviſis, impendis, immoraris, malorum tuorum & ignarus, eademque ſentire mavolens quam credere, iisdem ſecuriſſimè immoriturus; Domino tuo infidelis, hoſtis crucis Chriſti, nullâ coronâ juſtitiæ, quàm quiete illicitâ prodidiſti, mactandus, talenti abſconditor perenni infamiâ notandus.

Expergiſcere igitur, *Hoc age*, gladium diſtringe non ferreum ſed chartaceum, potentem adverſus ochyromata, hypſomata, noëmata in cognitionem Chriſti cervices attollentia, debellanda; Gladium vindicem & ſequeſtrum veritatis orthodoxæ, obicis obicem, obici, (mucronem obtuſuro) frangendo parem, præſentiſſimum ac unicum ſinceræ pacis illicem ac horizontem. Quem tibi DOMINUS ipſe, cui Sacramento es devotus, è cœlo porrigit, omnibus illis præceptis, quibus ad bellum antiſerpentinum in S. Codice excitavit: exemplo præivit: coronæ pollicitatione allectat: Ego verò hâc tibi dedicatione trado: Tibi, inquam, in Sacrarum literarum palæſtrâ adhuc exercendo, ex ſanctione legis Academicæ, à novellis Sathanæ ſtrophis cuſtodiendo, adque bellum ſacrum excitando; ne è catáſta ad pulpitum promotus, fias aliquando de pugile Rhetor, de Saltatore Salvator, de decoctore Doctor vel mitratus vel infulatus, de allomodico pavone, ſimius ſtolidè imitator; verbo ARCHIMEDES PARALLELUS, Salutis

tuæ

tuę tuorumq; incurius, æternùm pœnitens, non placabilis unquam. Vale.

# AUGUSTINUS l. 4. contra Creſcon. grammaticum c. 3. & ſeqq.

INſtare me dicis & provocare ſemper ut ad dignoſcendam veri quæſtionem mecum veſtri diſceptent, ſed veſtros prudentius ac patientius facere, qui in Eccleſiâ tantum quæ in lege mandata ſunt, populos docent, nec nobis reſpondere curant, ſcientes quia ſi lex divina, & tot documenta legalium ſcripturarum nobis quid ſit melius, quid verius, ſuadere non poſſunt, nunquam humana queat authoritas non diſcuſſis erroribus ad veritatis regulam revocare. Quid tibi ergo viſum eſt, ut adverſus nos illis tacentibus tu loquaris? Nam ſi bene faciunt, cur non imitaris? ſi malè, cur laudas? Dicis quod intoleranda arrogantia credam me ſolum terminare poſſe, quod aliis velut inexplicabile viſum, atque ideo judici DEO dimiſſum eſt: cum paulò ſuperiùs dixeris, hoc me velle finiri poſt tot annos, poſt judices atque arbitros, quod apud principes tot diſceptantibus literatis ab utriusque partis Epiſcopis finiri non potuit. Certe ſolus hinc

 ſata-

ſatago, certè ſolus quæſtionem iſtam finiri diſceptando deſidero. Puto enim ſi ſolos noſtros id conatos culpare voluiſſes, non etiam veſtros in eo conatos fuiſſe fateteris. Quia ergo illum conatum, illam voluntatem & inſtantiam ſaltem propter veſtros reprehendere jam non potes, nolo eſſe à tam bono opere alienus. Quid arguis? quid reprehendis? An invides? Non hoc de te temere credendum eſt. Reſtat ergo ut ſtudio contentionis hoc in me culpes, quod etiam in veſtris laudare compelleris. At enim quod inter tot ac tales finitum non eſt, intolerabilis arrogantia eſt per ſe ſolum finiri poſſe præſumere. Ne quæſo mihi ſoli hoc tribuendum putes, plurimi ſumus, qui hoc ut finiatur, imò jam ut finitum eſſe innoteſcat, inſtamus. Illi enim dixerunt non eſſe finitum, qui eidem fini conſentire noluerunt, eumque nobis occultaverunt, ut etiam vos eorum authoritate decepti finitum non eſſe credatis. Noſti autem ex quo finitum eſt, nullo prorſus tempore ut ipſe finis innoteſceret, ceſſaverunt, quo modo id publicè privatimque agere potuerunt, nec quisquam in pernicioſiſſimo errore perſiſtens, de ſegnitiâ circa ſe miniſtrorum DEI in ultimo judicio quereretur. Non ergo nos olim finitam cauſam de integro voluimus retractare, ſed

quem-

quemadmodum finita ſit, demonſtrare, propter eos maximè qui hoc neſciunt: ut cum defenſores convincuntur erroris, aut etiam ipſi correcti liberentur, aut certè ipſis confutatis, & in apertâ pertinacia remanentibus, hi qui cupidiores ſunt veritatis quàm contentionis, videant quid ſequantur. Neque hoc fit ſine fructu, ut exiſtimas. Nam ſi poſſes videre quàm longe latéque Africam error iſte pervaſerit, & quàm pauca eius remanſerint quæ nondum in pacem catholicam correcta transierunt, nullo modo aſſertorum Chriſtianæ pacis & unitatis infructuoſam & inanem arbitrareris inſtantiam: quamvis etiam ſi cui diligentia medicinæ huius impenſa non prodeſt, ſufficit ad rationem DEO reddendam, quod non ceſſavit impendi. Sicut enim malignus ſuaſor peccati, etiam ſi non perſuaſerit meritò pœnam deceptoris incurrit, ita fidelis juſtitiæ prædicator etiam ſi ab hominibus reſpuatur, abſit ut apud DEUM ſui officii mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertum. Incertum autem dico, non præmium facientis, ſed animum audientis. Incertum eſt enim nobis utrum aſſenſurus ſit cui veritas prædicatur, ſed certum eſt etiam talibus veritatem prædicari oportere, & certum eſt fideliter eam prædicantes retri-

butionem manere, ſive ſuſcipiantur, ſive ſpernantur, ſive etiam propterea quælibet temporaliter adverſa patiantur. Dominus dicit in Evangelio; Cum ingreſſi fueritis dicite Pax huic domui: ſi digni fuerint qui ibi ſunt, requieſcet ſuper eos pax veſtra: ſi quo minus, ad vos revertetur. Nunquid eos certos fecit quod eſſent eorum pacem ſuſcepturi quibus eam prædicarent? Certos tamen fecit ut eam ſine cunctatione prædicarent. Apoſtolus etiam Paulus, Servum, inquit, Domini litigare non oportet, ſed eſſe mitem ad omnes, docibilem, patiẽtem, in modeſtiâ corripientem diverſa ſentientes, ne fortè det illis DEUS pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis captivati ab ipſo in ipſius voluntate. Intende quomodo, quem noluit litigare, voluit tamen in modeſtiâ corripere diverſa ſentientes, ne DEI ſervus prohibitionem petulantiæ, occaſionem putaret eſſe pigritiæ. Verum quia multi & ipſam correptionem, quæ modeſte fit, vel peccatis ſuis faventes, vel quid reſpondeant non invenientes, nec tamen veritati acquieſcentes, oneroſè ac modeſtè ferunt eos qui ſecum ſedulo agunt, nec ab eorum convincendo errore diſſimulant, litigioſos & contentioſos vocant. Falſitas enim, quæ nudari, & redargui metuit, eorũ

vicio·

viciorum nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accuſat. Nunquid ideo tamen ab hac inſtantia deſiſtendum eſt? Unde quemadmodum Timotheum idem aſtringat Apoſtolus, ne propter homines, quibus inſuavis eſt prædicatio veritatis, aliqua ei ſegnitia prædicandi ſubreperet: Teſtificor, inquit, coram DEO & Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, & per manifeſtationem & regnum eius, prædica verbum, inſta opportunè importune, argue, hortare, increpa, in omni longanimitate & doctrinâ. Quis hæc audiens ſi DEO fideliter ſervit, ſi doloſus operarius non eſt, ab hac diligentia & inſtantia conquieſcat? Quis ſub tantâ teſtificatione ſegnis eſſe audeat?

## *Cap.* 8.

Si contentioſus habetur à vobis vel animoſus, paratorque rixarum, quisque cuiquam ſermonis altercationem vel inferre vel referre curaverit, videte quid de ipſo Domino Jeſu Chriſto, eiusque ſervis Prophetis & Apoſtolis ſentiatis. Nempe enim Dominus ipſe filius Dei, nunquid cum ſolis diſcipulis vel turbis, qui in eum crediderunt, an non etiam cum inimicis tentantibus, obtrectantibus, maledicentibus habuit de veritate ſermonem? Nunquid

cum

eum etiam cum una muliere de quæſtione orationis contra opinionem vel hæreſin Samaritanorum piguit diſputare? Sed illam inquis, credituram eſſe præſciebat? Quid toties adverſus Judæos, Phariſæos, Sadducæos, non ſolum minimè credituros, verum etiam maximè contradicturos & perſecuturos, in os eorũ quàm multa locutus eſt? Nonne ab eis ultro cum voluit quod voluit inquiſivit, ut eorum illos reſponſione convinceret? Nonne illis doloſe tentando quærentibus, cum redarguti obmuteſcerent, ſine ulla ambiguitate reſpondit? Quod cum faceret, nullus ex his legitur ad eum ſequendum fuiſſe converſus. Et utiq; noverat, quia præſcius erat, nihil ad eorum ſalutem, cum hæc ad eos vel in eos vel adverſus eos diceret, profuturum, ſed nos fortaſſe ſuo firmavit exemplo, qui futuram fidem perfidiamve hominum prænoſcere non valemus, ne ſi quando nimium nimiumq; perverſis ſine fructu ſalutis eorum locuti fuerimus, dficiamus & deſiſtamus ab inſtantia prædicandi, cum inaniter piguerit laborare.

## *Cap.* 10.

Ibi, in Eccleſiâ tantùm forſitan putas corripiendos & convincendos eſſe diverſa ſentientes, & unusquisque doctor

ſuorum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſuorum tantummodo diſputando & prędicando emendet errorem. Si quid autem tale cum eis, qui foris ſunt, agere inſtituerit, tunc animoſus, tunc contentioſus vel litigioſus habendus ſit, quia & ipſe Ezechiel, inquis, & alii Prophetæ, cum verbis DEI ad ſuum populum mittebantur; Iſraëlitæ ſcilicet ad Iſraëlitas. Ad hæc tibi quoque reſpondeo. Jam quidem ſupra commemoravi, Dominum ipſum Jeſum, qui ſe imitandum diſcipulis præbuit, non ſolum Judæis, verum etiam Phariſæis & Sadducæis, & Samaritanis, & ipſi diabolo principi omnium fallaciarum & errorum, aſſerere veritatem & de lege reſpondere non dedignatum.

*Cap.* 13.

Dialecticam mihi objicere voluiſti, quaſi Chriſtianæ non congruat veritati, & ideo me doctores veſtri velut hominem dialecticum, meritò fugiendum potiùs & cavendum quàm refellendum revincendumque cenſuerunt. Quod cum tibi non perſuaſerint, nam te adverſus nos etiam ſcribendo diſputare non piguit, tu tamen in me dialecticam criminatus es, quo falleres imperitos, illosque laudares qui diſputando mecum congredi noluerant. Sed tu videlicet non dialectica uteris cum contra nos ſcribis, ut quid te ergo in tantum diſ-

putandi periculum proieciſti, cum diſputare non noveris. Aut ſi noſti, cur dialecticus dialecticen criminaris, ita vel temerarius vel ingratus, ut aut imperitiam qua vinceris non refrænes, aut doctrinam, quâ juvaris, accuſes? Inſpicio ſermonem tuum, iſtum ipſum quem ad me ſcripſiſti, video te quædam copioſe ornateque explicare, hoc eſt eloquenter, quædam vero ſubtiliter arguteque diſſerere, hoc eſt dialecticè, & tamen eloquentiam dialecticamque reprehendere, ſi noxia ſunt, quare hoc facis? ſi non ſunt, cur arguis? Aut ſi Paulus dialecticus erat, & ideo conferre cum Stoicis non timebat, quia non ſolum acutè diſputabat ſicut & illi, ſed etiam veraciter, quod non illi, jam cave ne cuiquam dialecticam pro crimine obieceris, qua uſos Apoſtolos confiteris.

*Libro Secundo c.*1.

Superioris voluminis tam prolixo ſermone puto tandem aliquando perſuaſimus, non eſſe in hoc laudandos veſtros Epiſcopos neque approbandos, quod de cauſa diſſenſionis quæ noſtram communionem dirimit, nolunt nobiſcum habere colloquiũ. Hac enim quaſi præſcriptione ſe in cauſſa peſſimâ putant acutiſſimos, quam niſi

niſi fallor, & veris certis rationibus, & maximè divinarum ſcripturarum exemplis penitus amputavi, quibus dilucidiſſimè docui, à Sanctis prædicatoribus atque aſſertoribus veritatis, etiam contra præſentes eius adverſarios, nec tantum qui ex eodem populo quo & illi fuerunt, verum etiam contra alienigenas, formidines minatis, imperitis (a) contra eos qui dialecticam maximè profiterentur habitum fuiſſe ſermonem, ne contentioſiſſimus habeatur diligentiſſimus prædicator: & ne litigator putetur impiger diſputator, inſtans ſecundum præceptum Apoſtoli opportunè importunè, ut doctrina ſana contradicentes redarguantur, vaniloqui refellantur, inquieti corripiantur, puſillanimes conſolentur, infirmi ſuſcipiantur, dum adverſus omnes reſiſtentes, verbum ſalutis Evangelicæ cum patientiâ defenditur, ſine diffidentia prædicatur.

a) Forte legendum: formandâ enthymematis imperiti.

*L. IV. c. 3.*

Illud etiam, quod ſtudium pro veritate certandi, quia ſæpe voluimus cum veſtris conferre, ut errore ſublato, fraterna charitas pacis vinculo necteretur, contentionis & animoſitatis vitioſo nomine repræhendis; nonne melius, obſecro te, cauſæ veri-

veritatis & unitatis, pacificis verbis & capacioribus locis inter Epiſcopos ageretur; quàm in foro ab Epiſcopis per advocatos litigaretur?

*& mox.*

Qui forenſem ſtrepitum & judiciaria jurgia, quibus accuſatos convincerent & expellerent, quos in concilio jam damnaverant, non declinaverunt, ſed ſuſceperunt & exercuerunt, multò nobiſcum facilius pacificè conferre potuiſſent, niſi mallent cauſam malam cooperire excuſatione, quàm diſputatione finire.

# PROLOGUS.

ARMA virumq; canit FORTIS ARMATUS, atrii præſidiiq; ſui cuſtos tenaciſſimus, alieni invaſor turbulentiſſimus, utrinque & ſæviſſimus & callidiſſimus: cujus artes detexit ejus DOMINUS Luc. XI, 21. illo Concitore & Æolo Europa hactenus non duntaxat bellis concuſſa eſt civilibus & Barbaricis: ſed & Religionum arſit incendiis. Deſæviiſſe viſus eſt, cum ſuperioris ſeculi inquiſitiones & perſecutiones, cœlum martyribus implentes, compeſcuit: fiſtulas contra ſirenico-Irenicas inflavit dulce-ſonantes, infernum animarum prædis aucturas. Sed dum parcere videtur ovibus Hyæna lenocinatrix, canes vigiles evocat ad lanienam, pacis victimam eſſe debere, clamat, hos rabioſos cerberos, baubare temere ac allatrare ovium Amicos: jubeantur, Gallis adventantibus, tacere, quieſcere, ſtertere, ſtru-

ctas non impedire inſidias. Hoc ſcilicet eſt canere claſſica, laceſſere tranquillos, armare in prælia, viros Eccleſiæ vigiles, ſe ſuosque perditum ituros, ni gladios vindices diſtringãt, ac arma armis, iniquiora æquioribus, artes artibus malas bonis remunerentur. Durch welche (dicam cum Heroe Luthero è tom. 8 Witt. ad Joel. p. 398. f. 2.) der HErr dieſen Krieg führet / daß ſie es nur frey vnd getroſt auff GOttes befehl vnd Wort wagen / mit einem kecken vnd mannlichem Muthe hinangehen / weidlich drein ſchlagen / gewiß / daß es glücklich hinauß gehen vnd wohl gerathen werde / vnd ſie endlich obſiegen ſollen. Welche Vermahnung auch hoch vonnöhten iſt / denn in was Fahr die ſein müſſen / ſo die rechte reine Lehre deß heiligen Evangelij öffentlich bekennen vnd lehren / das weiß vnd ſihet man wohl. Sihe nur Johannis deß Täuffers / Chriſti vnd der Apoſtel Hiſtorien an / erregen ſie nicht wider ſich das gantze Reich deß Satans / drumb daß ſie lehren den Glauben an den Sohn GOttes? Der Teuffel aber iſt der Welt Gott vnd Fürſt. Gleich wie nun die Fürſten / mit zuthun / hülff vnd beyſtand / auch gewapneter Hand jhrer Vnterthanen / ſich vnd das jhre ſchützen vnd vertheidigen / alſo braucht der Satan auch der gantzen Welt macht / hülff vnd gewalt / das Predigampt zu verdrucken vnd zu dämpffen. Drumb müſſen

die /

die/ſo im Predigampt ſind/einen ſtarcken freudigen Muth im HERRN faſſen / vnd eines Manns Hertze haben/daß ſie ſich nicht abſchrecken laſſen der Welt Boßheit vnd Tyranney/ ja je ärger vnd verzweiffelter die Welt iſt/ je kecker/getröſter vnd freudiger muß man mit der Predigt deß Evangelij anhalten vnd fortfahren/vnd ſich gar nichts irren noch hindern laſſen/ auff daß doch etliche dem Teuffel auß dem Rachen geriſſen werden. & tom. 1. Isleb. ad 1. Tim. 1. ad verba daß du darin übeſt eine gute Ritterſchafft. Das iſt/ daß du nicht faul vnd laß werdeſt / vnd nicht ablaſſeſt / wenn gleich viel verdroſſen werden/ vnd dich viel falſcher Lehrer anfechten. Denn ein rechter Prediger muß ein wacker/ rüſtig vnd reiſig Mann ſein/ wer den andern will fürſtehen/ dem gilts nicht ſchlaffen / von der falſchen Propheten wegen. Der Teüffel ſchläfft auch nicht / der weckt jhn wohl auff / darumb muß er wachen/ vnd als ein Kriegsmann im Harniſch gerüſt ſtehen/ immerzu der Streich warten. Hie iſt ein Chriſtlich Leben abgemahlt / daß es ſoll ein Krieg ſein /vnd die das Wort haben / ſollen vorher gehen in der Heerſpitzen / das Schwert in der fauſt haben/vnd den Hauffen hinder ſich herziehen/ gerüſt ſein / vnd allweg auff die püff warten / wie in einer rechten Schlacht / ſonſt ligen wir bald darnieder.

§. 2. Arma igitur virumq; canat omnis

in excubias ſpirituales poſitus Tubicen, Mundo licet ejusque principi inviſus, ſanctus tamen & cœlitus auctoratus eo celevsmate, quo vigiles animarum affatus eſt Spiritus Sanctus, ore illuminatiſſimi Vatis Eſaiæ cap. LVIII. v. 1. *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum Non oportet*, inquit Auguſt. ſermon. 107. de Temp. *ut Sacerdotes in Eccleſia taceant, ſed audiant Dominum dicentem, clama, ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum. Clamare ergo jubentur, & vehementer clamare: ne parcas, inquit, peccatoris ſcilicet iniquitati, ne tacendo parcas: ne dum peccatoris verecundiæ conſulis, parum conſulas ſanitati: neve vulnera, quæ reſecare poteras clamando, reticendo in pejus enutrias. Ne quem ergo vox ſacerdotis lateat, jubemur vehementer clamare, & ne forte hoc ipſum ne ſufficeret, addit, ſicut tuba exalta vocem tuam. Scitis quia tuba non tam oblectationis eſſe ſoleat, quam terroris; non tam delectationem præferre quam inferre formidinem.* Inflarunt buccinas Abſolon, Seba; Scioppius, Mariana, Suarez, Bellarminus, alii è familiâ, ab igne jaciendo nominatâ Ignatianâ; ſed ſeditioſas, ſanguinarias, ferales: bella concitarunt ſacra Tubicines Apocalyptici, ac hos inter ſextus MAHO-
MET

MET, ſed funeſta, exitioſa, execranda. Sanctius munus obierunt, qui claſſicum cecinere, ſacrum ad bella DOMINI in Cananæos devotos, Midianitas efferatos, Philiſtæos in odium peculii divini conjuratos, omnesque alios Anti-Chriſtos: in Athaliam, h. e. conſcientiam erroneam, Naticidam, furioſam, in mœnia Hierochuntina, h. e. ochyromata, hypſomata, noëmata, adverſus cognitionem Numinis cervicem attollentia, debellanda. Ubi operæ precium ac præda quaſi opima, IRENE eſt ſacra, profanæ conciliatrix, haut paucioribus hactenus quam Penelope procis prenſata ſuo Marito CHRISTO fida, atque hinc inexpugnabilis; non ante, ajebat Icaria illa, ulli veſtrûm me ſum præbitura, quàm telam meam abſolvero. Texuit diurna manus, retexuit nocturna: ad calendas græcas pertexuit! nec prius noſtra illa ſe vinci ſuſtinebit, quam telam improbâ hactenus συνθέσει textam, improbiori ἀναλύσει retextam, videbit pertextam. Fiet id perfectiſſimè Chriſto redituro, deque rivalibus procacibus pœnas exacturo.

§. 3. Plusquàm ſeculum eſt, cum orbis Europæus ardet in pacem religionum ſacram: ardorem nuper incendit ac intendit cum ſe, infeſto ex oriente vento, concentrati ſenſit: ſunt qui non alio Magiſtro re-

ligiones Europæas in ſacram pacem coaliturās cenſent, quàm Barbaro illo ac ſævo ex Otomannicâ portâ emiſſo Doctore. ita enim Thom. *Brigthmann* in Apoc. Apocalypſ. c. 3. p. 83. *Aliud flagellum Germaniam manet acerbius illo, quod huc uſque non leviter afflixit. Quis pius magnum dolorem non capit, cogitans tot fratrum interitum ex pernicioſo errore ( Vbiquitatis & συνουσίας) tam longam animorum diſſenſionem, tam acerbas pugnas & verborum & armorum? magis tamen cruciari neceſſe eſt, quoties ſecum reputet finem adhuc malis non eſſe, ſed quiddam gravius incumbere, niſi mature reſipiſcatur.* & ib. p. 84. *Videtur itaque Chriſtus hic minitari ſimilem inſanam truculentiam crudelis alicujus hoſtis. De cujus adventu non eſt ſtatuendum ex judicio ſenſus, cum neſcietur quâ horâ veniet. Nec multum eſt laborandum, ut inveſtigemus quis hoſtis ſit. Spiritus qui repentinum ejus adventum fore ſtatuit, noluit eum nominatim ſciri. Fieri poteſt ut ſit Turca, cui laxentur paulum habenæ, donec animadverſum in eos fuerit qui caſtigandi ſunt.* Sardes ſcil hypocritæ, Lutherani. O utinam non Diſcipuli ſolùm, ſed & Magiſtri ſapere diſcerent, omniaque bellorum fulmina in ſuavem Chriſtianæ Agapes ſinum defluere facerent? O utinam Irene (non larvata, in quam plerique Irenophili hodie cœcutientes depereunt

ſed)

ſed) vera; ab omnibus nec raptu violento, nec pruritu furente, nec illecebrâ lenocinante, ſed caſto amore, ore Domini, (quod Irenici, qui nunc ſunt, Sirenici, neglectui habent, ſuæ rationis heu! quàm ſuſpectæ, quam male-fidæ, male-ſuadæ, fictiones ſecuti: in pacis nunquam à nobis negato elogio, ac S. literarum teſtimoniis colligendis luxuriant, ampullantur: ad modum ineundæ pacis ſolidæ, S. literis conſecratum, indicandum prorſus deficiunt) illuminato, tutiori viâ ambiretur. At quo ſerpentis aſtu prima noſtra mater, pacis mutuæ ſpecie circumventa, gargara malorum in orbem induxit, eo ætas noſtra Anus ſibi imponi ſuſtinet; ni obſecunder, fiſtulæ fallaci, exilia, rogum, enſem, extrema omnia ſubitura. Hoc fortiùs inſtandum, ac ne omnes Paſtori noſtro Chriſto, à lupis impunè ſecureque deglutitæ pereant oves, cavendum, vigilandum, Arma Virique ſunt excitandi.

§. 4. Atque ideo & ego jam ſenex, finitimus fini & beatæ ἀναλύσεως, cupidus quàm qui maximè, ut Judici meo (utinam propediem) venturo conſcientiam afferam puram, intemeratam, formidinis neſciam Arma virumque (neque enim arma ſine viro, nec vir ſine armis feliciter pugnabit) cano, quæ Princeps pacis ipſe præcinuit in

paradiſiaco illo fulmine, *Ego ponam inimicitias inter te ſerpentem & inter mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius*: nemo auſit amicitias inire, ubi Dominus inimicitias poſuit: nemo ſperet aut contritorem capitis ceſſaturum ab ultione, aut calcanei inſidiatorem à fulminei dentis morſu: *Veni mittere non pacem ſed gladium* ait Herus noſter, qui nos tanto mercatus eſt. quis gladium in vaginâ teneat, quem Dominus vult diſtringi? gladium autem pacificum, qui bella ſic accendat ut ſopiat. Idem carmen aliâ quamvis fiſtulâ SALVE reſonante, ante ſeptennium (iis auſpiciis allectus quæ libelli iſtius dedicatio deſignavit) cantare cœpi; ſed vel excluſum omnino laribus, vel variâ ſorte exceptum, benigne quidem à ſolidæ pacis ſtudioſis, maligne ac acerbè à fucatæ procis. Fuit qui Elenchum glocitavit, ſed ovum non peperit: è fauce Helveticâ

——— bruta remugiit echo,

Sed repercuſſa tacuit.

Provocant quieturum, in novam palæſtram, hinc Dares Entellum, im Catholiſchen / Danck dir Gott / jam dum ante eo ceſtu, dejectus quo Thomæ Henrici *Hyena Friburgica* ab ovili Chriſti eſt depulſa (huic enim Rapſodus ille agganniit.) illinc *Britannus* ille *Duræus*, qui pluribus quam Elephantus parturire fertur annis, Irenen utero ge-

ro gerit, nec dum enixus eſt. Quid inter nos privatis literis agi cœptum, ipſe, me inſcio, nuper edidit in publicum, melius de pace meriturus, ſi quas horas ſuo novo heuremati Europæ obtrudendo indulget, in vindicando Irenico Parei conſumeret, atque ſi poſſit evinceret, ſanum eſſe ac δικαιοτὴς quod *Pareus* ſuaſit, inſanum quod *Hutterus* & *Siguardus*, hactenus irrefutati, diſſuaſere. adde Duræi Apoſtolum qui tùm ſuæ pacis ſomniatæ amplexum ſucceſſurum ſperat, cum alta illa & elata ABIES excindetur. His ego denuo laceſſitus importunis flagitatoribus, in arenam, comite valetudine, quam ſeni, jam dudum rude donabili () tamen adhuc vegetam

() mea enim facio quodã modo, quæ Lutherus ad Frid. Electorẽ perſcripſit tom. 2. lat. p. 321. Iudicaſti tu optimo quidem conſilio, ut poſthabitis rixoſis, mordacib⁹ & turbulentis ſcriptionibus, quibus iam tertium annum perdidi, ſacris & placidis ſtudiis inſervirem, & juxta Pſalterii elucidandi laborem, Enarrationes Epiſtolarum & Evangeliorum, quas vulgo Poſtillas vocant, pro vulgo paſtorum & populorum elaborarem, ratus hac ratione fore, ut mole horum operum occupatus, vel invitis Adverſariis pacem haberem. Sic enim eſt ingenium tuum, ſecundum nomen tuum, pacificum, ut non obſcuris nec raris argumentis mihi declararis, quàm moleſto feras animo, contentiones illas & quæſtiones, de lana (quod ajunt) caprina (liceat enim mihi ſic contemnere, magnifica illa quæſtus Eccleſiaſtici certamina, & cum Propheta Bethaven è Bethel facere) Sed & ipſemet non facilè dixerim, quàm invitus his turbis jactatus, & à meis ſtudiis avulſus fuerim, ut carni & ſanguini meo non potuerim penitus imperare, quin importunas iſtas improborum procacitates aſperius quam pro religione, modeſtiâ tractarem. In qua re, ut



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/29 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

non deprecor culpam, ita mihi veniam non negari ſpero ab ullo, qui ſaltem perpenderit, quantos leones Moab, quantos Rabſaces Aſſyriorum, quantos denique extremæ virulentiæ Semeios, unus ego jam diu ſuſtinere, compulſus fuerim, mei & multorum jactura, quibus in verbo DEI prodeſſe potuiſſem. Sic tamen in his procellis fluctuavit animus meus, ut nunquam deſponderis ſpem potiundæ aliquando pacis, quo morem. T. Celſ. gererem, per quam Evangelio Chriſti, quod dubitari non poteſt, non parum contulit miſericordia DEI. At cum videam nunc ſpem meam fuiſſe merum hominis cogitatum, & quotidie alto huic mari magno altius involvar, reptilibus innumeris, animalibus magnis cum parvis, mutuas vires & operas jungentibus, ſimul video ſpei meæ tentatione Satanam aliud nihil quæſiviſſe, quam ut ſenſu vanitatis meæ diſtentus, tandem in totum ab inſtituto meo alienus fierem, & ante migrandum eſſet in Babylonem, quàm meæ Ieruſalem præſidium & victum providerem, tam aſtuta eſt nequitia illius. Hoc conſiderans, recordatus ſum ſancti illius viri Nehemiæ, &, relictis ocioſis contemplationibus Eſræ, ſcribæ doctiſſimi, de pace deſperare cœpi, ultro citroque me parans ad pacis & belli ſtudia, una manu gladium apprehendens, Arabibus meis repugnaturus, & altera murum ædificaturus. Ne ſi alteri tantum operi me impendero, neutrum implevero, quando & Hieronymus dicit, tantum Eccleſiæ officere qui Adverſariis non reſiſtit, quantum in altera parte ædificat. Et Apoſtolus mandat, ut Epiſcopus non ſolum potens ſit exhortari in doctrina ſana, ſed & contradicentes redarguere. Non quod me Epiſcopum eſſe arbitrer, cum deſint & opes & infula, quibus hodie conſtat Epiſcopus, ſed quod officium verbi qui implet, Epiſcopi officium implet, quem oportet eſſe ambidextrum Ehud, & pinguiſſimum AEglon ſiniſtra belli lace, temporique belli parata infixo pugione occidere, & ego in mediis gladiis, Bullis, tubis & claſſicis Papiſtarum fruſtra me terrentibus animoſus contemptor per DEI gratiam pacis operi accingor, & enarrationes à T. Celſ. petitas in manus accipio. Quid enim non poſſum in eo qui me confortat? Si vires meas metiri velim, ne uni quidem Pſalterio me traderem, etiam ſepties Lutherus, tantum exigit is Liber, ingenii, eruditionis, diligentiæ, ſpiritus & gratiæ, ut taceam geminæ concionis munus.

gratio-

gratioſiſſimè largitur Deus ὁ φιλόψυχος; invitus redeo; GLADIUM SPIRITUS pacis ſacræ illicio excitatum, Filiis pacis ſinceræ oblaturus. Aureum gladium cœlitus Iudæ Maccabæo per Ieremiam donatũ fuiſſe finxit Iudas ipſe (uti ſolent quandoque Imperatores bellici milites hujuſmodi auſpiciis animare ad prælia) & dramatis ſui auctor enarravit; ad ſcenam benedictionis ſuperſtitioſæ, quæ in Papatu invaluit, accommodavit *Gretſer.* l. de benedict. c. 49. *in Romano ceremoniali, ſcribens* p. 237. *extat benedictio enſis & militis; Habebant etiam Angli olim ritum conſecrandi militem: cujus formam Ingulphus in ſua Hiſtoria deſcribens ait: Anglorum erat conſuetudo, quod qui militiæ legitimæ conſecrandus eſſet, veſpera, præcedente diem ſuæ conſecrationis, ad Epiſcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem, contritus & compunctus de omnibus ſuis peccatis confeſſionem faceret, & abſolutus orationibus & devotionibus & afflictionibus deditus, in Eccleſia pernoctaret, in craſtino quoque Miſſam auditurus, gladium ſuper altare offerret, & poſt Evangelium ſacerdos benedictum gladium collo militis cum benedictione imponeret, & communicatus ad eandem Miſſam ſacris Chriſti Myſteriis devuo miles legitimus permaneret.* Ad Nænias iſta præficarum! Gladius plusquam aureus, quem

hic

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/31 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

hîc laudatum eo, verè è cœlo à Patre luminum donatus eſt, ſanguine Chriſti purpuratus, à Spiritu S. expolitus, verbo & precibus conſecratus. Accipe Lector & vince!

# Capitis Primi
# ARTICULUS PRIMUS.
## Pacis ſacræ Jllicium.

§. 1.

OMnis Finis eſt mediorum & illex & menſura, ex delicio illicium naſcitur. Finis ipſe ad quem noſtra hîc indago fertur PAX eſt, pax ævi non ſeculi: Finis poſt gloriam Numinis principalis ac ultimus, eaq; ſacra, Eccleſiaſtica, ſpiritualis. *Vna, vera, bona,* quam Salve noſtrum plenius delineavit. *Vna,* inquam, indiviſa in ſe, conſtans conſanguinitate fidei fundamentalis, ſymphonicâ, ſympatheticâ, ſynergeticâ. *Patrem unum DEVM agnoſcimus*, inquit *Tertull.* in apolog. c. 39. *unum ſanctitatis Spiritum bibimus, de uno utero ignorantiæ ejuſdem ad unam lucem veritatis expaveſcimus.* vide Reform. Salv. p. 96. 84 Sed & diviſa ac ſelecta ab aliâ, falsâ, ſpuriâ, hoſtili, fidei conſanguinitate non conſtante. vide Reform. ſalv. pag. 100. ecquid enim *Schalom*? niſi illinc privativè pax & ſecuritas ab Erronum ſeductione? hinc affluentia bonorum ſpiritua-

tualium vivida, florida, conſtans? II. *Vera*, luminoſa, integra, ſolida, ad ſiclum ſanctuarii admenſa, veritatis divinæ laxandæ & propagandæ miniſtra. vide Reform. ſalv. p. 87. *Volumus*, ait Hieronymus, *& nos pacem, & non ſolum volumus, ſed & rogamus, ſed pacem Chriſti: pacem veram: pacem ſine inimicitijs: cujus dux & cuſtos eſt Ieſus Chriſtus.* III. *Bona* bonitate *moris* verbo Divino conſecrati, Numini primùm glorioſa, pòſt humanæ quoque ſocietati ſalutaris. Nam gloriam in excelſis primùm pacis Angeli Numini, poſt demum pacem terræ gratulantur; *Bona* & bonitate *ſortis*, quatenus & quousque hanc ſtatus Eccleſiæ militantis ferre poteſt. Nimirum uti nec ſanitas talis ac tanta, quanta fuit in homine nondum lapſo, ita ad pondus quaſi temperata, ut extra caſum caſus ſibi ſemper conſtitiſſet; qualis & quanta futura eſt in patriâ & ſemper florida nullo caſu amittenda; nec tam perfecta conſcientiæ ſerenitas, quã fuit illa ante lapſum ac futura eſt in cœlo, ſperari in hoc peccatorum contagio, quo ſumus circumfuſi, poteſt: ita nec pax conſummata, omnino defecata, & quaſi Puritanica animo præſumenda eſt. Invidet hanc Eccleſiæ Sathan, eamq; vel tollit omnino, vel ſuam illam ſpuriam extollit: halcyonia tamen ac malaciam omnem prohibere nequit. vide

Reform. ſalv. p. 91. Myſter. ſyncret. ſect. 5. p. 121. Hujuſmodi pacis delicias, Hieropſaltes in carmine ſuo Irenico Pſalm. 133. ut nemo poſſit ſuavius, decantavit. Quid fragrantius æquè ac ſalubrius balſamo fuſo in ſacrum Aaronis caput, barbam venerabilem, aureum togæ ſinum limbumque? At pax Eccleſiæ tale eſt balſamum. Quid roris gemmulis, argenteis & Sionis & Hermonis juga inebriantibus nitidius fœcundiusque? At talis eſt fraterna charitas. Saxeum oportet eſſe qui ad has delicias rigeat, quem hoc illicium non capiat flectatque. *Sicut enim* (verba ſunt Auguſt. l. 19. C. D. c. 12.) *nemo eſt qui gaudere nolit, ita nemo eſt, qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipſi, qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt; ad glorioſam ergo pacem bellando cupiunt pervenire*, & mox: *Ipſi latrones, ut vehementius ac tutius infeſti ſint paci cæterorum, pacem volunt habere ſociorum. Cacus ὁ κακὸς in ipſa ſpelunca ſolitaria, cujus, ut deſcribitur, ſemper recenti cæde tepebat humus, nihil aliud quàm pacem volebat, in qua nemo illi moleſtus eſſet, ne ejus quietem vis ullius terrorque turbaret. Et quæ tigris non filijs ſuis mitis immurmurat, & pacata feritate blanditur? quis milvus quantumlibet ſolitarius rapinis circumvolet, non conjugium copulat, nidum congerit, ova confovet, pullos alit, & quaſi*

*& quaſi cum ſuâ matre familias ſocietatem domeſticam, quanta poteſt pace, conſervat?*

§. 2. Cæterum quis ſanæ & Chriſtianæ mentis contra non faſtidiat, execretur, conſpueret larvatam illam, ſimulatam ac delenificam Irenen, quam ſpiritus ater lucem Angelicam indutus coloribus pingit, elogiis ornat, illecebris ſacchareis, quod latet venenum, oblinit, pacem ſc. nec *Vnam*, *nec Veram*, *nec bonam*? *ſicut falſa felicitas vera eſt miſeria* (juxta *Auguſt.* in Pſ. 85.) ita falſa pax vera eſt impax. *Pacem* 1. *Carnalem*, mundialem, Sodomæam, ſecuritatis peſtiferæ altricem. 2. *Chiliaſticam*, exploſam in hodom. Calv. phantaſm. 12. p. 3327. & ſeqq. Ref. ſalve. p. 102.

(cui poſt alios nuperrimè inhiavit Neuhuſ. l. 1. fatid. c. 4. pag. 19. Credimus brevi fore, ut Rex ille Regum, & Dominus Dominantium victam acie Beſtiam, & Terræ Reges, & eorum Exercitus, cum Pſeudopropheta θαυματοποιῷ per Martium aliquod belli fulmen, & vindicem Eccleſiæ Principem evertat, reliquias ejus illuſtri ſuo adventu aboliturus. O beata Mundi tempora, cum excuſſo Antichriſti jugo fractisque Beſtiæ imperiis, ſecuram homines pacem agent, non veriti vultum inſtantis Tyranni, non cruenti carnificis ferrum. Non impune (ita pergit l. 2. cap. 9. pag. 176.) ſane occulto horruit tremore Germania, cum Fredericus Palatinus Heidelbergæ naſceretur: ſub quo Apocalyptici ſeptimæ Phialæ Terræmotus illi grandes eveniunt: qui perturbato convulſoque terrarum orbis ſtatu, Magnæ Civitatis Arcem evertent, & brevi, quod ſpero, poſt ſedatam compreſſamque multorum annorum tempeſtatem, ſerenæ pacis otium Eccleſiæ largirentur. Hæc fatalis Europæ perturbatio in Germania jam pridem initium ſumpſit: quod vehemens ille per Weſtphaliæ Cliviæque tractum Terræ motus portendit. Et nuper Apuliæ

conquaſ-

conquaſſatio, & Pleura Vrbs, ruinâ montis cum incolis oppreſſa, fidem mihi facit, præſentem Eccleſiæ calamitatem in ſuum brevi authorem redundaturum. Rugiat de Sione Iehova, & edat vocem ſuam ex Solymis: ut lugeant habitacula paſtorum, & areſcat præſtantiſſimum arvorum, graveſque Eccleſiæ hoſtes, ob ſævitiam ipſorum & crudelitatem, merito ſupplicio mulctentur.)

3. *Syncreticam*, omnium ab orbe condito Rerumpubl. peſtem exitialem, copioſè & declaratam & confutatam in Ref. ſalve p. 708. & ſeqq. *Inviſam* non duntaxat *Luthero* noſtro ac *Melanchthoni*, *erunt* (teſtamenti ſui, quod pepigit, verba ſunt) *fortaßis novæ dogmatum conciliationes, ſophiſticæ poſt hanc ætatem, ubi reſtituentur veteres errores nonnihil fucati, & hæ conciliationes corrumpent doctrinæ puritatem, quæ nunc traditur. De his quoque præmoneo meos, ne ſophiſticas conciliationes approbent.* Sed & *Bellarmino* l. 3. de Laic. c. 19. *Hoſioque* ep 134. ad Sigismundum Regem Poloniæ, utrique Cardinali. Unâ cum Reformatis cordatioribus *Hornbeckio* in exam. bullæ Papal. pag. 181. *noſtris*, ajente, *iſtiuſmodi compoſitiones cum irreconciliabili Roma, (quas dum aliqui moliuntur, non duas combinant Eccleſias, ſed aliam tertiam ex ſuo cerebro, qualis nempe ipſis videatur utramque eſſe debere, formant, quamvis à neutrâ parte agnitam & comprobatam) haud immerito ſemper ſuſpectæ fuerunt.* & mox: *Iubeo omnes ab opere ſyncretiſmi in religione tentan-*

*tentandi otioſos eſſe ac feriari.* 4. *Violentam*, Tyrannicam, veritatis carcerem Rom. 1, 18. in quo lumen veri obtunditur ne tranſpareat, & quod Simſoni accidit in ergaſtulo Philiſtæo, oculi excœcantur, exuſia arbitrii critici cœlitus laxata reſtringitur, ſupernaturali verbi divini lumini ſapientifico, velaminibus, obicibus, ferreo muro officitur, ne qua rima hiet pateatve veriori Evangelio; conſcientia erroribus obnubilatur, cauterio ad ἀναισθησίαν uſque ac dedolentiã morſuum induratur, ad ſecuritatem componitur, ne melioris luminis tangatur curâ, deſiderio, illicio; pacem denique *fatuificam* (ἐμωράνθησαν γὰρ qui veritatem in iniquitate captivam tenent) *& Brutificam*. Quid enim diſtat homo, à reflexione mentis ſuæ averſus, à bruto? ſi, e. g. indeficibilitatis opinione occupatus, nunquam cogitare audet, an forte hæc in qua natus eſt, religio ſit erronea, exitioſa, ducat ad ἀπώλειαν? Hujuſmodi ſi quis pacem ambiat, ei etiam concordia ſancta videbitur in regno Diaboli, tenebris tartareis concatenato, regnum ſuum diſſoluturi nî pace coactâ teneret, teneri: eidem Amicitia videri poterit Chriſti & Belialis, cum hic illum Filium Dei eſt profeſſus; ei nummus haberi poterit argenteus, quem (ſtramineum ſc.) ſtrygibus ille ſuis in monſtroſi ſtupri mercedem

donat; eidem & perſuaderi poterit lapidem eſſe panem, piſcem eſſe anguem, ovum eſſe ſcorpionem. Hoc genus pacis, nec Unius, nec veræ, nec bonæ, non venit Dominus ut mitteret in orbem! an *enim putatis* (libens repeto paraphraſin *Eraſmi* ad Matth. 10, 34.) *quod venerim ut in terris ſeram pacem inter homines? Longè ſecus habet, imò non veni, ut ſeram pacem & concordiam, ſed gladium & bellum, etiam inteſtinum & domeſticum, non modo civile. Cum enim Evangelica doctrina plerisque ſit inviſa futura, & hæc tam ardens ſui ſtudium requirat, ut oporteat omnes humanos affectus quantumvis impotentes cedere, fieri non poteſt quin magna diſſidia inter conjunctos etiam exoriantur, dum & ij, qui Mundum deamant, citius ſævient in ſui chariſſimos, quam vitia, quibus aſſueverunt relinquant; & quos ſemel attigit ardor Evangelicæ charitatis, nullis affectibus ſe patientur avelli ab eo quod cœperunt amplecti. Sed felix diſſidium, quod ſincera provehit, putria reſecat: felix gladius qui noxias cupiditates omnes ab animo recidit. Hic tumultus mihi imputetur, non vobis qui dato pharmaco corpus omne perturbarim, ſed ita, ut qui belligerantur adverſus affectus ſuos odio nominis mei, ſibi debeant imputare non mihi. Nam ipſis æmulari licebat quos perſequantur. Omnibus offero ſalutem, quam ſi amplectantur omnes, nullum erit diſſidium*

*dium. Per ſe quidem Evangelium res eſt pacifica, ſed aliorum vitio concitatur ſeditio. Vt pharmacum per ſe res eſt ſalutifera, ſed interim in corpore movet tumultum, dum conſulit omnium membrorum tranquillitati. Verum expedit amputari noxia, quo magis inter vos conſtet vera ſanctaque concordia. Hunc igitur gladium defero in terram, qui dirimat concordiam inter filium & patrem, qui diſſecet naturæ conjunctiſſimum vinculum inter filiam & matrem, qui diſtrahat concordiam inter ſocrum & nurum. Nullus eſt naturæ aut amicitiæ nexus tam tenax, quem hic gladius non queat dirumpere. quos domeſtica conſuetudo fecerat homini conjunctiſſimos, hos Evangelij gladius inimicitia ſubita divellet.*

Liceat repetendo hîc aſcribere programma quoddam Actus Doctoralis, Ipſo CONCORDIAE die, celebrati, Intimatorium. *Semper CONCORDIA martyr fuit, à ſuâ comprivigna Pſeudo-Concordia paſſa: non duntaxat illa, quæ nomen tulit Concordiæ, illudque hoc ipſo die memorandum, noſtris faſtis tranſcripſit, alumna ſc. olim Hippolyti Martyris (à S. Martyre Laurentio in carcere converſi, qui feris dilaceratus equis, dixiſſe fertur, hi rapiunt artus, tu rape, Chriſte, animam) pariter plumbatis cæſa, juxta Martyrol. Roman. Concordia facta eſt victima. Quis Caucaſus, quæ India, quæ Hyrcania, tam immanes tam ſanguinarias unquam beſtias aluit (Lactantij eſt exclamatio!) quam fuit beſtia Romana, Chriſtiano nominis odio inflammata? at quæ Alecto faces illi admovit funereas, niſi Helenam mentita Concordia larvata? debebant Chriſto devoti, Theologiam politicam urbi congruam, foris palam colere, tenere, firmare; phyſicam ac miſcellaneam intus clam ſine periculo fovere in ſinu; licebat in Schola ſectas alere, dummodo in templo omnes in unam receptam ac generalem religionem conſpirarent. Sint multæ*

*Scholæ, ſed unum Templum! hinc Varro (apud Auguſtinum l. VI. Civ. D. c. 5.) Removit hoc genus diſsidentium, de Dijs rebusque divinis ſectis, à foro, id eſt, à populis; ſcholis vero & parietibus clauſit, eo quod facilius intra parietes in ſchola quàm extra in foro ferre poſſent aures. O religioſas aures populares! addit Auguſtinus. Hoc vero nefas eſt viſum concordiæ ſincerioris ſtudioſis Chriſtianis germanis; ideo ob odium generis humani, h. e. pacis contagioſæ fugam, (ita enim ἀσυμβολίαν interpretabatur calumnia) in odium generis humani, ac ex hoc in Cyphoniſmos, ſcaphiſmos, tympaniſmos, obeliſcos, equuleos, forcipes, plumbum liquatum, ignes, cruces aliaque tormenta exquiſitiora incurrerunt. Non illa inquam duntaxat Concordia quam faſti deſignant, Martyr fuit; ſed ſemper fuit, ſemper eſt, eritque Martyr Concordia verè una, quia vera, quia prudens, quia ſancta, à Trinuno Numine auctorata; ut ad verbi divini harmoniam compoſita, ex fide, vinculo ſpiritus colligata intus in unum cor, corda omnium colliquefaceret, foris ſerpentino ſemini concordiæ larvam obtrudenti, irreconciliabile bellum moveret, traheretque nunquam prorſus debellabile; poſthaberet denique iræ Numinis adverſi, iram Mundi lenocinantis. Hinc ſempiterna odia, diræ cruces, quas omnibus retro ſeculis experta eſt concordia vera. Longum eſſet per annales ire, ac ob ovo ad noſtra hæc mala mala deſcendere; nec id ferret chartæ præſentis menſura. Illas tantum liceat tragædias tangere, quas excitavit Hyena ſyncretica, cujus afflatu venenato flos pacis Evangelicæ redonatus, ſimul ac refloruit, defloruit; cum magno Luthero, hoc ipſo concordiæ die (anno ſupra milleſimum quingenteſimum quadrageſimo ſexto) conſepultus, adjubilante concordiâ fanaticâ atque paulo poſt enitente, quem hactenus utero geſſerat, Iunoniam ſc. prolem, Syncretiſmum Interimiſticum, heu quàm inſidioſam germaniæ Peſtem! Succeſsit Machina Crypto Calviniana Saxoniæ Electorali exitioſa, quamvis ſine ſucceſſu machinantium exoptato, quæ meliori mox ac feliciori Concordiæ anſam locumque aperuit, ex Electorali auctoritate, in Bergenſi cœnobio concinnatæ. At cum in FORMVLAM CONCORDIAE coaluiſſet, ut eſſet litium irreligioſarum obex, facta eſt ex accidenti earundem auſpex inauſpica-*

*auſpicata. Quis fando enarret undecunque in hanc jacta crimina, ſputa, dicteria? quis ſtylos ſtygiâ palude tinctos, Hoſpiniani præſertim Concordiæ diſcordis editore virulentiſſimo æquè ac mendaciſſimo, è quo ſuum quoque virus hauſit Forerus Lojolita in bello Vbiquitiſtico ſcil. è vipera aſpis? Quid non acerbitatum ac injuriarum ea propter tulit Fulmen belli ſacri D. Iacobus Andreæ, alter Stephanus & Spiritu, cui nemo valuit* ἀντιστῆναι, *& ſorte, quâ verborum in eum ſaxeus depluit Imber, concitatus à Dæmone non ſolum* τῷ ἔξω, *ſed etiam* τῷ ἔσω *ac intra Eccleſiæ viſcera ſæviente? æternâ caligine ac oblivione ſopiendus erat libellus infelix D. Pauli ab Eizen Superintendentis Holſatici quo D. Iacobum Andream acerbiſſimè impugnavit, hoc titulo,* Vrſachen warumb die Subſcription deß Bergiſchen Buchs oder Confeſſion Billigung ſoll werden abgeſchlagen/ genommen auß dem ernſtlichen befehl Chriſti/ hütet euch für den falſchen Propheten 2c. *niſi publicationem ejuſdem una cum antidoto Andreano, ad tutelam famæ Andreanæ; ad ſpongiam infamiæ, ipſi concordiæ libro aſperſæ; ad ſpem fore ut vel è flammâ cibus expectari poſſit, adque ſolatium pariter ab efferatis hoſtibus afflictorum pertinere viſum eſſet REDONATO LVTHERO (h. e. Leonhardo Huttero) in ſuâ Concordiâ concorde. cap. 12. pag. 376. Quæ flagella ſuſtinuit, quàm immaniter ob Formulæ Concordiæ tuitionem noſtræ quondam Eccleſiæ columen ac lumen Academiæ, à D. Iohan. Pappus vapulavit?*

§. 4. Finis intermedius, paci ſubordinatus eſt Αὐτοκατακρίτου conſcientiæ. hæc enim in hoc foro quæritur, nihil ultra. In foro ſoli judex non indefinite de Titio & Semproino judicat, ſed definitè ad certas perſonas & actus præſentes ita decernit, ut ejus judicio ſine ulteriori examine ſtandum ſit; Alia in foro conſcientiæ ratio eſt, quæ non niſi in ſatis illuminatæ, ex lege & teſtimonio divino convictæ veritatis centro

acquieſcit. Magna eſt Medicinæ & Theologiæ convenientia: ut illa imperfecta eſt, ac morbum potius exulcerat quam ſanat, quæ in reduviis curandis occupata, ipſis morbi aut vulneris intimis quaſi venis & viſceribus non medetur; ita omnis labor pacificatorius imperfectus eſt, qui ipſam Religionis ſedem conſcientiam non ferit. Omnis tunc potentia ab actu quieſcit, & quaſi tranquilla eſt, cum ſuum finem eſt aſſecuta; At convictio & evictio veritatis eſt potentiæ intellectivæ finis. Eadem eſt fidei quæ conſcientiæ indoles. Vinciat humana poteſtas motus externos, pedem in compedes, collum in numellam, manus in vincula induat: aures ad auditum impellat, ad loquelam os, ad ſequelam greſſus; membra ſecet, cruciet, urat: erecta tamen intus ſtabit generoſa indoles, minas ridebit, tormenta eludet, pericula calcabit, leges clare iniquas reſpuet, manifeſtè falſo aſſenſum, vero diſſenſum negabit; cœcum ſuæmet voluntatis ſceptrum negliget; ac ut culpæ dememiniſſe nequit, quam vellet alta memoria ſepultam, ita malum amplecti, mendacium probare, etſi vellet, non poteſt. Spiritui vincula injicere conatur, qui conſcientiæ. Ac, ut ferro vinciri Leo non ſuſtinet, ſuſtinet fune; ita conſcientia vim repellit, funes hominum admittit, unam

verbi

verbi ſeu vera ſeu falſi ( atque hinc vel ſerenata, vel obtenebrata ) ſuadam audit.

§. 5. Talis convictio obtineri ſemper nequit, quæ omnem cauteriatam conſcientiam ſubigat, quæ hypocriſin omnem tollat, quæ præſtet ut nemo contra ſuammet conſcientiam nitatur. Sufficit λόγον ἔσω eſſe de veritate convictum, ac hominem redditum αὐτοκατάκριτον; nihil ſolidi poſſe afferre contra veritatem: quicquid ſit de mendacio & λόγου ἔξω diſſonantiâ, plenariam convictionis confeſſionem non ſemper obtineas, ſi vel ſolem manu geſtares. Ipſa Lux mundi Chriſtus judicavit, convicit, terminavit controverſiam, e. g. de reſurrectione contra Sadducæos: lucis Apoſtolus confudit, revicit Judæos. Act. 9, 22. c. 18, 28. nihilo pôſt minꝰ obſtreperos. eventus εὐτοχία eſt judicio accidentalis ſicut perſuadere Oratori. Scripturæ jus eſt judicare, & quantum in ſe definire, & lumen intelligentiæ accendere; cui cum mens excœcata ac pervicax vel non cedit, vel λόγῳ ἔσω cõvicta, convictionem foris profiteri nõ vult, non ideo ſcriptura ſuo jure excidit. Erit dies extremus, qui etiam ſecreta cordium patefaciet, πρὸς τὰ καθ᾽ ἕκαστα deſcendet, publicâ & ſolenni confuſione, ac dicet, Tu Gretſere male ſenſiſti & cauſa tua cecidiſti: Tu Jacobe Heilbronne viciſti. Eccur alio-

quin non etiam Judicem aliquem producunt viſibilem, qui jurisdictionaliter hypocritas à veris Chriſtianis diſtinguat? Res hæc pertinet ad judicium extremum cujus prȩludium extat. Job 42. Perfectiſſima convictio cum victoriâ confeſſionis ad Regalia referenda eſt ejus, ad quem Julianus dixiſſe fertur, viciſti *tandem Galilæe*! *Bene Brentius ad* Luc. 14. p. 790. *Chriſtus Phariſæorum nugas tam perſpicuè confutavit, ut ad ea Phariſæi ne mutire quidem potuerint. Num igitur ab impietate ſuâ reſipuerunt? num etiam poſtea ora ſua continuerunt? Minimè omnium. Etſi nunc turpiter obmuteſcant, tamen poſtea occaſionem nacti, inter ſuos fortius reclamant. Dignius inquiunt, eſt qui lapidibus obruatur, quia ſolvit ſabbathum. Et, Non poteſt hic homo à Deo eſſe, quia ſabbathum ſolvit. Hoc autem ad noſtram doctrinam ſcriptum eſt, ut nulla nos admiratio capiat, quod hoc tempore multos in errore ſuo pertinaces non poßimus ad veram viam ſalutis perducere. Nam ſi Chriſtus tot miraculis, & tam manifeſtâ confutatione non adduxit pertinaces Phariſæos ab impietate, nos qui ſumus, qui poſſemus ſuffocatos in erroribus ad ſanitatem reducere? Tametſi enim omnia adverſariorum argumenta perſpicuè diluas, habet tamen ſemper impietas, quod impietati prætexat, & quo confugiat, donec in extremum exitium perveniat,*

*niat. Quare conandum quidem eſt, quomodo legitimè fieri poteſt, ut omnes impij ad Dominum convertantur, ſed ſi omnino in impietate perſeveraverint, ipſi quidem in impietate ſua morientur, tu autem animam tuam liberaſti. Cæterum, poſtquam Chriſtus veram Sabbathi rationem breviter explicuit, ſuſcipit aliud argumentum convivis concionandum.* Optimè Luth. tom. 6. Witt. p. 25. Es ſein zwey ding gut vnd recht / bekennen vnd gewinnen / dir iſt gnug das bekäntnus / daß du gut vnd recht habeſt / kanſtu nicht gewinnen / laß GOtt befohlen ſein / dir iſt befohlen zu bekennen / Gott hat jhm behalten das gewinnen / will er daß du auch gewinnen ſolt / ſo wird er es ſelber thun / oder dir alſo fürbringen ohn dein gedancken / daß du es muſt in die Hand nehmen vnd gewinnen / auff die weiſe du nimmer gedacht noch begehrt hetteſt / will er nicht / laß dir begnügen an ſeiner Barmhertzigkeit. Nimbt man dir den Sieg deß Rechten / ſo kan man doch das Bekennen dir nicht nehmen.

§. 6. Equidẽ negat Bergius im Vnderſcheid vnd Vergleich p. 207. finem εἰρηνοποιήσεως eſſe debere victoriã, das einige rechtmäßige mittel heilſamen Kirchenfrieden vnd Einigkeit zu ſtifften / das ſind gütige Zuſammenkunfften der beiderſeits Kirchen-Lehrer / wann ſie von Chriſtlichen Obrigkeiten zu beiden theilen durch einhelligen conſens möchten angeſtellt / dirigirt vnd allein zu dieſem Zweck gerichtet werden /

werden / nicht daß ein theil das ander mit diſputiren überſtreite/oder mit jhrer Macht vnd Autorität vnterdrucke vnd verdamme: ſondern daß beyde theil ſo nahe als immer müglich / vereiniget/ vnd alles vnnöthige/ ſchädliche Streittweſen in Kirchen vnd Schuhlen/ Schrifften vnd Predigten / durch allgemeinen conſens beydes der Obrigkeiten vnd der Lehrer möchte auffgehaben werden. *Non victoria ſed conſenſus quæritur*, Hoornbeck. in ſum. Controv. p. 588. *Quaſi* ( inquit D. *Hotting*. in prodr. p. 16.) *nulla iniri queat unio, niſi pars alterutra victorum jugum & leges recipiat, & à ſuâ ſententiâ prorſus recedat?* Welchen Apoſtel / ( Ita nos in ſalve ) welchen reinen Kirchenlehrer hat D. Berg zum Vorgänger / zu einem ſolchen siegloſen Krieg / oder kriegloſen Sieg? Was iſt ἐπιϛομίζειν ad αὐτοκατάκρισιν uſque. Das Maul ſtopffen/ biß zum würcklich ſelbſt verdammen bringen? als daß ein theil den andern mit diſputiren vberſtreite / doch alles in ſolcher Form/ Regul vnd moderation, wie zuvor angewieſen worden/ nicht auß Zanckſucht / ſondern auß Notthurfft/ſonſt iſt Zeit vnd Arbeit verſpielt. Wie will doch durch einigen gütlichen / gewiſſenhafften regulirten Conſens, Ja vnd Nein/ mit einander vereiniget werden / ohne diſputat, dadurch entweders da Ja oder das Nein fallen muß? Der höchſte Gipffel aller abſurditäten

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/46
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ditäten wär es / wann man Ja vnd Nein zugleich beſtehen vnd zugleich war ſein ſollen/ vnd ob gleich einer meinet / er diſputire nicht/ es ſey eine bloße Vnterredung / ſo iſts doch in effectu warhafftig ein diſputat. Hats die meinung/daß ja ja vnd nein nein bleiben ſoll/ vnd beyde neben einander tolerirt werden/ ſo bedärffs keiner Zuſammenkunfft der Kirchenlehrer/ ſondern nur eines Obrigkeitlichen Edict, dadurch per ſyncretiſmum alle Köpff vnter einen Huth violenter gezwungē werde. Wie recht aber ſolches vnd wie für dem Richterſtuel Chriſti verantwortlich / iſt auß dem obigen Elencho Syncretiſmi vnſchwer abzunehmen / GOtt behüte Chriſtliche Potentaten für ſolchen Gedancken.

## ARTICULUS II.
## Finis ῷ ſive Is Cui pax ſacra eſt concilianda; quî cum pro eâ obtinendâ concertandum.

§. 1.

FInis ῷ ſive is cui pax ſacra eſt concilianda, juxta ordinem divinum, de jure ac debito eſt 1. *Homo rationalis* qui ratione ſanâ, vividâ, vigilante ac reflexâ utitur, certè

certè debet uti, per ea quæ fuſe ſunt propoſita in Theol. conſcient. part. 1. ſect. 2. art. 1. pag. 63. & ſeqq. 2. *Homo adverſarius* (Frater pridem fuerit annon? id in hoc univerſalis pacis negocio non attenditur) ex mutua inimicitia poſitâ in Paradiſo Gen. 3. Hoſtis Israëlis, anathemate percellendus. Hinc ubi mutua partium colluſio, ſyncretica ac fraterna locum habet, pax jam facta eſt ſed infida.

Quis cœlum terris non miſceat, & mare
cœlo
Si fur diſpliceat Verri? homicida Miloni?

Igitur à primo limine aberrant, qui pacificatores ſibi eligunt finguntq; hujusmodi, quos inter jam convenit, ſymbolicis qualitatib⁹ imbutos. vide ſalve Ref. p. 875. Utrius partis inimicitia juſta ſit an injuſta? hoc demum ex mutuâ colliſione patebit. Alterutram partem oportet eſſe orthodoxam ac verè Chriſtianam, alteram Anti-Chriſtianam, h. e. Spiritu Anti-Chriſti inflatam & ſemine ſerpentino gravidam; 3. *Homo* præcipuè *Doctor*, Dux ſeu videntum, ſeu cæcorum, Laico pugnare perito non excluſo. Primæ hîc debentur Doctoribus Eccleſiæ, quos grex ſequitur in alterutram partem: nec ſi conviceris Laicum, ad victoriæ uſq; agnitionem penetrabis: ſemper reponet: etiamſi

etiamſi ego reſpondere non poſſim, eſt tamen qui reſpondeat pro me, meus Paſtor Doctorve, *Lucerna* (ita Dominus Matth. 6, 22, 23) *Corporis eſt oculus, itaque ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, ſin autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. Ergo ſi lumen quod eſt in te, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ?* At Doctores ſunt oculi Eccleſiarum. 4. *Homo reconciliabilis*, Filius pacis. Luc. 10, 6. h. e. caſtus pacis ut ſponſæ procus, impiger pacis ut feræ venator Rom. 14, 19. dignus qui eam teneat. Matth. 10, 11. εὔθετος, Luc. 9, 62. ad media pacis, gladium ſcil. Spiritus (id quod ætematis inſtar præſuppono, uberius in articulo ſequenti demonſtrandi) tractandum & admittendum.

§. 2. *Privative* 1. *Liber à* velamine, ab occupatione præconceptæ opinionis, *ἀδιάφορος quaſi*, qui dicat (cum *Auguſtino* contra ep. Fundam. c. 3.) *Nemo noſtrum dicat jam ſe inveniſſe veritatem: ſic eam quæramus, quaſi jam ab utrisque neſciatur, ita enim diligenter & concorditer quæri poterit, ſi nulla temeraria præſumtione inventa & cognita eſſe credatur.* Sic *Lutherus* coram *Cæſare* in comitiis Wormat. tom. 2. lat. pag. 413 2. *Neque enim me Sanctum aliquem facio, neque de vita mea, ſed de doctrinâ Chriſti diſputo. Neq; hos revocare integrum eſt mihi, quod ea revocatione*

cation e iterum futurum ſit, ut tyrannis & impietas meo patrocinio regnent & ſæviant in populum DEI violentius, quàm unquam regnaverint. Tamen quia homo ſum, & non Deus, alio patrocinio meis Libellis adeſſe non poſſum, quàm ipſe Dominus meus Ieſus Chriſtus affuit ſuæ doctrinæ, Qui cum coram Hanna de ſua doctrina fuiſſet interrogatus, & alapam à miniſtro accepiſſet, dixit, ſi male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Si Dominus ipſe, qui ſciebat ſeſe errare non poſſe, non detrectavit teſtimonium adverſus ſuam doctrinam audire, etiam à viliſsimo ſervo, quanto magis ego fex, non niſi errare potens, debeo expetere & expectare, ſi quis teſtimonium reddere velit adverſus meam doctrinam. Itaq; rogo per miſericordiam DEI, ſereniſsima Majeſtas Veſtra, Illuſtriſsimaq; Dominationes veſtræ, aut quicunque tandem, vel ſummus, vel infimus poſsit, reddat teſtimonium, convincat errores, ſuperet ſcripturis Propheticis & Evangelicis. Paratiſsimus enim ero, ſi edoctus fuero, quemcunque errorem revocare, eroque primus, qui libellos meos in ignem projiciam. Contra ib. pag. 414. Quando ergo Sereniſs. Maj. V. Dominationesq; Veſtræ ſimplex reſponſum petunt, dabo illud, neque cornutum, neque dentatum, in hunc modum: Niſi convictus fuero teſtimonijs ſcripturarum aut Ratione evidente (nam neque Papæ, neque Concilijs ſolis credo, cum conſtet

*eos erraſſe ſæpius, & ſibi ipſis contradixiſſe) victus ſum ſcripturis à me adductis, captaque eſt conſcientia in verbis* DEI, *revocare neque poſſum, neque volo quidquam, cum, contra conſcientiam agere, neque tutum ſit, neque integrum.* Ut enim veritas penes te jam ſit & in corde tuo confirmata; tibi ſatisfeciſti, non erranti, non pacis publicæ deſiderio. Semper enim hæc conditio aňectenda, SI CONVINCAR *Falſi, cedam.* aliàs, qui hôc conſilio ad pacis negotium accedit ut profiteatur ſe nihil remiſſurum, adverſarium teneri ad revocationem erroris, non facile habebit cum quo tranſigat. *Liber porro ab* ἰδιογνωμοσύνῃ, ἀυτοσοφίᾳ, ἀυταδείᾳ, ἀυταπάνῃ, ameliâ, atq; omni, qui pacis mediorumque uſuram impedire poteſt, ac Romam Genevamve facit irreconciliabilem, obice. 2. *Poſitivè* Numinis oriſque divini reverens, ἱκανότητα omnemque ſapientiã è cœlo captans ac precibus devotis exorans, id quod eleganti allegoriâ docet Auguſt. l. 22. contra Fauſt. c. 53. *In his, qui flagrant ingenti amore perſpicuæ veritatis, non eſt improbandum ſtudium, ſed ad ordinem revocandum, ut à fide incipiat, ut bonis moribus nitatur pervenire quò tendat. In eo quippe qui verſatur, virtus eſt laborioſa: in eo vero quod appetit, luminoſa ſapientia. Illi ergo reſpondeatur: pulchrum eſt quidem quod deſideras,*

*ras, & amari digniſſimum: ſed prius nubit Lia, & poſtea Rachel. Ardor ergo iſte ad id valeat, ut ordo non recuſetur; ſed potiùs toleretur, ſine quo non poteſt perveniri ad id, quod tanto ardore diligitur. Cum autem perventum fuerit ſimul habebitur in hoc ſæculo, nō ſolum ſpecioſa intelligentia ſed & laborioſa juſtitia.* Confer eundem *Auguſt.* l. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 7. ἱκανὸς ac aptus ſeu naturæ εὐφυΐᾳ ſeu gratiæ beneficio: εὔτακτος in debito ordine. tenenda enim ordinis, vocationis, ac talentorum differentia: nec Doctorum Eccleſiæ munus invadant homines Politici, Polypragmones, literatores, h. e. Grotii, ab exoterica, Philologicâ, Hiſtoricâ, Rabbinica eruditione inſtructi, ſed interiorum inſtrumentorum aut ignari, aut incurii. πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν. ne aſini ad lyram! nec tamen excluduntur ſine diſcrimine Laici. vide Ideam bon. diſp. ſect. 1. art. 1. §. 3. Gorg. Sophiſt. in Valeriano M. Capucin. rediv. p. 16. *Armatus Zelo* in veritatem moderato, ab iracundiâ alieno. (Impedit ira animum ne poſſit cernere punctum) ac vigil. *Humilitate* diſcipulari non ſervili *decorus ac patiens* cenſuræ Prophetarum non dominatricis ſed convictricis; veritati ſatis illuminatæ ceſſurus; organis denique artium logicarum *inſtructus*, quæ aciem oculorum non occupant ictero, ſed juvant perſpicillo.

ſpicillo. vide Polemoſ. art. 2. pag. 16. Idealia hæc ſunt, inquies, in Platonis Repub. h. e. Utopiâ reperienda? eſſent ſi perfectio ſumma gradûs exigeretur: non ſunt, ſi gradus perfectionis quæritur: eſſent ſi in uno omnia exigerentur: nō ſunt ſi in pluribus ſparſim, ad elegantem harmoniam redigendis.

§. 2. Exeſto igitur à ſanctæ Irenes Regiâ, Homo brutalis, Aſinus qui ad lyrā ſtupet: porcus qui hanc margaritam conculcat; canis qui rabiosè admordet, pacis (non tam vilis, ut obtrudi debeat non quærenti) incurius, vitilitigator, ἄθετος, captus vinculis tenebrarum è cœcâ obedientiâ: lynx aliàs licet in rebus ſeculi, at ad pacis media agnoſcenda ſeu ſponte-talpa ſeu Divino Judicio occœcatus. vide Theol. conſc. part. 1. ſect. 2. art. 1. p. 60. Numinis orisque Dominici contemtor, ἄτακτος, Zelo armatus non cœlite ſed carnali ac effreni, adeoq; male-rixoſus. videatur Gorg. Soph. in Valeriano M. Capuc. rediviv⁹ p. 14. Superciliosſus, pertinax, nil ceſſurus etiam ſi convinceretur falſi: id quod olim Proteſtantes etiam conqueſti ſunt, de tentatâ Auguſtæ conciliatione, ubi (ut refert *Sleidan.* l. 13.) *adverſarij delecti ſtatim ad initium actionis profitentur, nolle ſe vel tantillum de ſuâ opinione & doctrinâ decedere, ſed quic-*

*quid facerent, eò fieri ut ad ſuam ſententiam* (Proteſtantes) *adducerent.* hoc animo in Lutherum invectus Joh. ab Eck in comit. Wormat. dixit. *Atqui tu, quæ univerſale Conſtantienſe Concilium damnavit, ex univerſa Germanicâ natione congregatum, reſuſcitas, & per ſcripturam vinci vis, in quo vehementer deliras. Quid enim attinet novam Diſputationem celebrare de rebus per tot ſecula ab Eccleſiâ, & concilio condemnatis, niſi forte cuivis de quocunque ratio reddenda eſt. Quod ſi ſemel pervicerit, ut ſcripturis convincendus ſit, quicunque Conciliјs & Eccleſiæ ſenſis contradicit, nihil habebimus in Chriſtianitate certum vel determinatum.* Organorum impos ac applicandorum rudis: conſcientiæ Tyrannus ferus ac furioſus; qui pacis conditiones ut laqueos præſcribit, quos ſi induere nolis, pacis fias victima. An igitur deſerendus omnino his vitiis infectus? nihil cum eo rei habendum? nulla cum eo pax ſperanda? deſperandum non eſſe *Auguſtinus* alicubi monet, *nec pro illo imprudenter orarì de quo non deſperatur.* Orandum nobis eſt ex præcepto Apoſtolico, pro Regibus, ne quidem Sultano Turcico excluſo, ut ad veritatis cognitionem perveniant. duodecim ſunt in die horæ, quod primâ ſtatim horâ obtineri nequit, forte poteſt ſecunda tertiave. fuerunt excœcati Phariſæi

quoque

quoque & Sadducæi, nihilo tamen ægrius à Chriſto in colloquia admiſſi: ſed & ſæpe in noſtra poteſtate non eſt defugere provocantem, vel provocationi noſtræ obſequioſum. Æthiopem licet dealbaveris, non tamen veritatis defenſione nihil egeris. *Cœpit nihilominus* ( ita *Bernhardus* Serm. 64. in Cant. ) *qui talia operatus eſt vulpem, etſi non ad ſalutem illi, & cepit eam ſponſo & ſponſæ quamvis aliter. Nam etſi hæreticus non ſurrexit de fece: Eccleſia tamen confirmatur in fide*, vide Polemoſoph. art. 1. p. 5.

§. 3. Denique omnium minimè pacis ſacræ Filius eſt Sathan, mendacii pater. *Sathan* pacis unius, veræ, bonæ hoſtis eſt manifeſtarius; cui nil niſi bellum debemus perpetuum ac ἄσπονδον, in id Sacramento devincti. *Vnde & cum Sathana apertè agnito immediatè in caſu declinabili, gladium quaſi conſerere & diſputare nefas.* dixi *apertè agnito.* Fieri aliàs poteſt ut vel ipſe perſonam veſtemque induat angelicam. Job. 4, 15. Matth. 4. ( in tentatione præſertim ſecundâ, ubi quod de Angelis cuſtodibus cecinit David / ad ſe traxit, der Engliſche Teuffel/ Luthero exponente. Confer 2. Cor. 11, 14. ) vel bonus Angelus ſpeciem ſpectri præ ſe ferat adverſi, Angelus ſc. Increatus colluctator Jacobi: non quidem Diabolus ipſe ( quod comentum *Hieronymo* tribuit *Corn.*

 *à Lap.*

*à Lap.* ad Geneſ. 32. pag. 250. ſed in citato comm. ad Epheſ. 6, 12. non extat. Angelus Bileami remorator expreſsè Sathan vocatur. Num. 22,22. ) attamen ſpeciem illius quaſi hoſtilem ſimulans: neutrobique certamẽ declinari potuit, ſub Spiritu S. agonothetâ; dixi, *immediatè*, nam ut Sathan plerunque mediate piis nocet, per ſtriges ſuas veneficas, ita & mediatè quandoque tentat, maximè per hoſpitam noſtram, heu quàm exitioſam, rationem ſcil. carnalem, prurientem, inermem; hîc pugna ( declinanda alioqui ex Conſilio Lutheri tom. 5. Witt. pag. 278. quoad fieri poterit) declinari nequit: ſumus enim in id auctoritati, éq; armamentario divino inſtructi, ut colluctemur cùm poteſtatibus ſpiritualibus. Eph. 6. 12. At cum apertè ſe Sathan in arenam ſiſtit, ac immediate laceſſit, diſputatio ad pacem præſertim directa, committi debet nulla, wider den erkanten Teuffel iſt nicht zufechten / ſondern ſich nur zu ſegnen vnd zu fliehen. tom. 7. Witt. pag. 150. *Omnis enim diſputator eſt Doctor* juxta *Serar.* in Lutheri Magiſtro p. 206. *Argumentari, quoddam profectò docere eſt. Syllogiſmis & enthymematibus planum aliquid facere, quoddam docere eſt: exempla & ſimilitudines rebus quibusdam illuſtrandis adhibere, quoddam docere eſt. Argumentantem verò diligenter audire,*

*Syllo-*

*Syllogiſmis & enthymematibus ad aſſentiendum inflecti, exemplis & ſimilitudinibus commoveri, eoque deduci, ut quod alius conficere, probare ac illuſtrare voluit, bene percipiatur, perceptumq́ assenſione firmâ retineatur, retentumq́ vita & moribꝰ deinceps exprimatur quoddam annon diſcere eſt?* at hunc Doctorem nobis prohibet DEI Spiritus. Eſa 8, 19. 2. Reg. 1, 5. Marc. 5 9. Luc. 4, 35, 41. Actor. 16, 16. 2. Cor. 11, 3. Exemplum Evæ deterret, ſana ratio diſſuadet, an enim diſcere quisquam velit ab eo, cui mendacium proprium eſt in quarto modo? repellendus ille ex unico verbo DEI, gladio ſcil. Spiritus ac vel ſolo illo fiducialiter apprehenſo, *Verbum caro factum eſt*. Luth. tom. 2. Isleb. p. 431. f. 2. Mit langer diſputation gewinnet man jhm nicht viel an / ſondern mit kurtzen Worten vnd beſcheid / als / Jch bin ein Chriſt / deß Fleiſches vnd Bluts deß da iſt der HErr Chriſtus / der Sohn GOttes / da beiſſe dich mit Teüffel / da bleibt er dann nicht lange. Denn gewiß iſts / wenn einer auch in der höheſten Anfechtung das Wort / & Verbum caro factum eſt, mit rechtem Glauben vnd ſtarcker Zuverſicht ſprechen könte / der würde gewißlich von ſeinem anliegen vnd noth errettet. Denn wo ein glaubiger Menſch iſt / da muß der Teüffel diß Wort ſchewen / vnd ich habs offt geleſen vnd auch geſehen / daß jhrer viel

in höheſten Nöthen vnd ſchrecken dieſe Wort geſprochen haben / Et verbum caro factum eſt, vnd mit der Hand ein Creütz für ſich gemacht/daß der Teuffel von jhnen gewichen iſt/ denn der Glaube an dieſe Wort iſt ſo kräfftig geweſen/daß er die Welt vnd den Teuffel vberwindet. Wie man denn ſonſt lieſet eine andere Hiſtoria oder Legend/daß der Teuffel auff eine zeit / da diß Evangelium Johannis von vornen her / In principio erat verbum, geleſen ward / vnbewegt dabey geſtanden vnd zugehört habe/ biß auff das Wort / Vnd das Wort iſt Fleiſch worden/da ſeye er verſchwunden. Es ſey nun erdicht oder geſchehen/ ſo iſts doch die Warheit / daß wer von hertzen in eim rechten Glauben dieſe Wort ſpricht / oder betrachtet / jhn der Teüffel gewißlich fliehen muß. Sonſt kan der Teuffel ſehr wohl leiden/ daß GOttes Sohn ein Liecht vnd Leben der Menſchen ſey / vnd lachet in ſein Hertz / daß es die Leuthe nicht annehmen / wie Johannes droben geſagt hat/aber hie werden jhm alle ſeine gedancken entzwey geſchlagen / GOttes Sohn iſt Menſch worden. p. 432. f. 2. Darumb ſollen wir ſolche vnd dergleichen Wort immer im Hertzen vnd Munde haben/vnd vns gewehnen / wenn der leidige Satan vns anficht / daß wir jhme keine diſputation geſtehen/denn er iſt vns weit vberlegen mit gewalt/ Liſt vnd Verſtand/ auch in der Schrifft / ſondern

dern kurtz jhn abgeweiſet vnd geſagt / das WORT iſt Fleiſch worden/ oder Ich bin ein CHRIST/oder Ich glaube an JESVM CHRISTVM vnſern HERRN/ empfangen durch den heyligen Geiſt / gebohren von Maria der Jungfrawen / vnd Menſch worden/rc. Vnd ſehe dann was er außrichten werde. tom. 5. Witt. pag. 278. So hat man darzu nicht mehr denn dieſen einigen Weg/ daß man Gottes Wort fleißig leſe oder höre/ deñ alſo löſcht man deß Teuffels feurige Pfeilen am aller beſten / denn dieſen einigen ſtreit treibt der Teuffel zum höchſten auff vns / daß er ſich vnterſtehet mit den Gedancken / daß GOtt mit vns zürne / vnſern Glauben vnd Vertrawen nider zu ſchlagen. Wo du dich nun vnterwindeſt in diſem geiſtlichen Kampff mit menſchlicher Hülff zu wehren / auſſerhalb GOtes Worts / ſo thuſtu nicht mehr / denn daß du bloß vnd nacket dich gegen dem mächtigen Geiſt dem Teuffel in Kampff giebeſt/ darumb wo es dir gefällt / ſo magſtu dein Krafft gegen deß Teuffels Macht halten / da wird ſich gar leichtlich finden / wie ein vngleicher Kampff vnd Streitt das iſt / wenn man bevor GOTtes Wort nicht zur Hand hat/ (welches wie St. Paulus zum Röm. am erſten ſchreibt / allein GOttes Krafft iſt) daß man ohn GOTtes Wort mit Menſchlichen Kräfften vnd Anſchlägen / mit dem Teuffel/

der von anbegin der Welt/ſo offt vnd dick das Feld behalten / vnd ein ſolcher geübter vnd erfahrner Kriegsmann iſt / ſtreiten vnd kämpffen will. Darumb laß die Gedancken fahren/ damit der Teuffel dein Hertz einnimbt / vnd hüte dich ja / daß du nicht mit jhm diſputireſt/ deñ er kan ſich in einen Engel deß Liechts verſtellen / vnd die herrliche Perſohn Chriſti anziehen / vnd weilen er die H. Schrifft auch weiß/ wie man Matth. 4. ſihet / ſo füret er zu weilen auch die allerlieblichſten Wort Chriſti ſelbs wider Chriſtum vnd den Glauben. Weñ du nun in ſolchen Anfechtungen dein Gemüth vnd Sinn nicht ſchlechts davon wendeſt / vnd ſprichſt alſo / Jch kenne vnd weiß von keinem andern Chriſto / denn der vom Vatter gegeben / für mich vnd meine Sünde geſtorben iſt / vnd weiß daß er mit mir nicht zürnet / ſondern daß er mir hold vnd gnädig iſt/denn er häts je ſonſt vbers Hertz nicht bringen können / daß er mir zu gut vnd für mich geſtorben wehre. Wann man nicht diß vnd dergleichen dem Teuffel fürwirfft / vnd ſich fleißig auff die H. Schrifft leget / dieſelbe treülich zu leſen / ſo muß man zu boden gehen vnd verzweiffeln/ dann das kan der Teüffel leichtlich zuwegen bringen / daß er das ſchwach Füncklein vnſers Glaubens außlöſche/ wenn wirs nicht mit Gottes Wort immerdar mehren vnd ſtärcken.

§. 3.

§. 4. Declarabo iſta binis exemplis inter ſe contrariis. Unum eſt à *Bellarmino* laudatum illaudabile; alterum ipſius Lutheri plauſtris calumniarum obrutum. Jllud extat in *l.2. de arte bene moriendi* p. 199. cap. 9. *Arma noſtra in hoc prælio non ſunt diſputationes, ſed ſimplex veritatis fides. Sic enim Principes Apoſtolorum nos docent, Apoſtolus Petrus, Adverſarius, inquit, veſter Diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide. Et Apoſtolus Paulus, in omnibus, inquit ſumentes ſcutum fidei, in quo poßitis omnia tela nequißimi ignea extinguere. Itaque ex doctrina Apoſtolorum non oportet cum Diabolo diſputare, ſed clypeo fidei excipere, & retorquere omnia tela ipſius, quantumvis ignita & ardentia, id eſt, efficacia & ſubtilia eſſe videantur. Habemus exemplum valde tremendum apud Petrum Barocium Epiſcopum Patavinum, qui ſcripſit libros tres de ratione bene moriendi. Is in libro ſecundo ſic loquitur: Fuere, quemadmodum audivi, duo quondam viri eruditißimi, & omnium qui ex eodem Gymnaſio eſſent, in diſputando facilè Principes: ac iјdem bene morati, maximeque religioſi. E quibus unus cùm exceßiſſet è vivis, ei qui ſuperſtes erat, in ſua fortè Bibliotheca Scripturæ Sacræ ſtudiјs incumbenti totus ardens apparuit; territoque, ac quænam ei tam grandis pœnæ cauſa foret, interroganti, ge-*

*mens dolensque reſpondit: Cum eſſem migraturus è vitâ, venit ad me hoſtis antiquus; & quoniam apprimè eruditum noverat, ſciſcitari cœpit, de fide quid crederem. Ego, quæ in Apoſtolorum Symbolo ſunt, credere me reſpondi. Ille exponi ſibi quædam, quæ minus lucida viderentur, rogavit. Expoſui, ut in Symbolo Athanaſii legeram. Neque enim lucidiùs ac veriùs exponi poſſe putabam. Tum ille, Non eſt, ait, ut putas: ſed quæ ad Patrem pertinent, partim aperta & vera, partim obſcura & falſa ſunt. Nam ipſe quidem æternus eſt, non tamen ut ſemper DEVS, ſic ſemper & Pater: Sed prius DEVS, poſtea Pater. Ad hæc cum ego exclamarem hæreticum eſſe documentum, doctrinamq́ Diabolicam: Non eſt, inquit ille, clamoribus diſſerendum, ſed rationibus, ſi veritatis indagandæ ſtudio ducimur. Ego quid pro mea ſententia ſit, dicere facile poſſum: tu quid pro tua ſit, explicare ſi poteris, ab errore me grandi liberaveris. Ipſe miſer, qui ingenio & doctrinæ meæ magis quàm æquum erat confiderem, cum eo tanquam, cum uno quolibet hominum ceterorum diſputare cœpi; tandemque rationibus, quas mihi ex adverſo plurimas ingerebat, &, quod magis admiratus ſum, Scripturæ S. teſtimoniis in errorem me paulatim tam nefarium miſit, ut jam neque Filium, neque Spiritum S. DEVM putarem. Interim rapuit animam mors, & qualem reperit, Iudici obtulit. Ab eo diſcedere in hunc ignem ſum juſſus:*

juſſus: quem, etſi maximus eſt, tolerabilem tamen utcunque putarem, ſi poſt mille annorum millia finiendus foret. Sed æternus eſt, idemque tantus, quantum nulla apud nos vidit ætas; ut me in ſingulas ferme horas ſcientiæ meæ pœniteat, quæ in tam immane præcipitium me dejecit, & hæc dicens evanuit. At ille tum rei novitate, tum vero amici damno permotus, ut in ſe primùm reverſus eſt, cum iis qui ſibi amiciſsimi erant, quod viderat, contulit; petiitque quidnam adverſus ejuſcemodi rem factu optimum ducerent. Decretum in commune eſt, ut ad eam ſe quisque fidem referret, quam Catholica ſervat Eccleſia. Paulo pòſt in ægrotationem, ex qua mortuus eſt, incidit. Et ecce ad eum itidem antiquus hoſtis, prioris diſputationis ſucceſſu animoſior venit; quærit de fide, quid credat. Reſpondet, credere ſe quæ Mater Eccleſia credit. Rurſus antiquus hoſtis, quidnam credat Mater Eccleſia, ſciſcitatur. Et ille, Quod ego, inquit, atque in hunc modum, audientibus his qui aſtabant, veluti ab aliquo interrogatus, Credo quod credit Eccleſia, & Eccleſia credit quæ ego credo, tantiſper dicere non ceſſavit, dum animam redderet. Ita factum eſt, ut deluſa inimici verſutiâ, ipſe in cœlum migraret. Et poſt paucos dies amicis, quos quidnam in hujuscemodi re factu optimum videretur, conſuluerat, longè alio habitu corporis apparens, gratias egit, quod eorum conſilio

ad cœ-

*ad cœleſte Regnum aſcenderat. Quæ nos uti ſunt geſta deſcribere ſuperfluum arbitrati non ſumus, ut horum vel infortunio, vel ſucceſſu diſcere unusquisque poſſet, de fide cum Diabolo diſputari non oportere: ſed ſatis eſſe, ſi ad eam unusquisque ſe referat fidem, quam Catholica ſervat Eccleſia.* Numera hîc *ineptias* Cardinalis Cardinales *I. Præſidium inerme in terminis, ſimplex veritatis expoſita fides*, ubi ſimplex idem eſt quod generale, confuſum, implicitum; hanc enim quæſtionibus Sathanæ explicitis opponit: *Veritas eſt prudenter ex evidentiâ morali æſtimata*, hanc enim Schola Papæa laudat, ac nominatim *Cornaus* in Crim. Læſæ verit. p. 58, 95, 131. fides ſolo aſſenſu abſolvitur: ſpecialis noſtra ac mihi applicata, Bellarmino Chimæra eſt. Inermis profectò armatura! nam generalis fides hæreſes ac errores involvit: tune erroribus errorum Principem depelles? Veritas evidentiâ morali æſtimata talis eſt, ut ei poſſit ſubeſſe falſum, tune poſſibili falſo, mendacij patrem refelles? vide Aleth. victric. p. 327. fides ſolo aſſenſu definita, eſt fides quam habet Diabolus: tune ſimile ſimili curabis? *II. Præſidium* è ſcripturis Bellarmino adverſum. jubet uterque Apoſtolorum ἀντίςασιν, non fugam, non nudam ictûs exceptionem in clypeo, unâ tantum panopliæ parte. addit S. Paulus gladium

dium Spiritus. Quid vero eſt ἀντίκασις? συζήτησις (diſputantes lat. Vulg.) ita clare S. Lucas in hiſtoria, S. Stephani Actor. 6. 9, 10. *Sapientia divina* (ita notat ad h. l. *Corn. à Lap.* p. 146.) *eos convincebat, & ex S. Scripturis, aliјsque notis & ſignis demonſtrabat Ieſum Chriſtum eſſe Meßiam orbisque Salvatorem. Tunc* (ita *Lorinus* ad h. l. pag. 288.) *in ſpeciem quidem Alexandrini, Libertinique & Cyrenenſes, quique undique convenerant homines cum veritatis athletâ confligebant: revera autem, ut per id quod apparuit, intelligitur, qui cum eo contendebat, is pater mendacij erat, per figuras humanas adverſus eam, quæ à Stephano proferebatur, veritatem inſurgens. III. Præſidium alienum* ab exemplo ejus, cui Sathan pro homine fuit habitus, tanquam *cum uno quolibet hominum cæterorum diſputaturi.* at ſicut adorari debet Sathan ſi in figurâ Chriſti appareret juxta *Breſſerum* l. 5. de conſc. cap. 12. n. 99. ita & cum eo diſputare, ſi in perſona hominis. *IV. Præſidium contradictorium.* Sathan eſt is qui ad diſputandum admittendus non eſt, Sathan eſt is qui ad diſputandum admittendus eſt. Ergò quidam admittendus, non eſt admittendus. Majorem tuetur Bellarminus: minor eſt ejuſdẽ, cum animam defuncti damnati unius, ad probandum admittit. At, qui probat, diſputat. Ea vero anima Sathan eſt,

vnd

vnd kein ander Heyliger. Etenim reditum animæ defuncti Chriſtus Helluoni denegat, multisque argumentis Patrum luxat *Maldonatus* ad Luc. 16. *Primùm id vivis utile non eſſe, qui ſi vivis non credunt , ne mortuis quidem credent, ut Abraham diviti reſpondet. Deinde quod etiamſi oculis ipſis, damnatorum ſupplicia homines cernerent, nihilo ſe magis à peccatis abſtinerent. Quotidiè, inquit Chryſoſtomus, fures & alios reos ad ſupplicia duci videut , & ijsdem propter quæ illi puniuntur peccatis involvunt. Præterea quod ſi id fieret progreſſu temporis, in contemptum res veniret, & non magis mortui nos, quàm vivi commoverent, ut* eod. loco *Chryſoſtomus inquit. Deniq; quod ea res multorum errorū cauſſa eſſe poſſet, dum Dæmon, fingens ſe alicujus mortui animam eſſe, homines ludificaret, & quidvis vellet illis perſuaderet, ut Athanaſius, Chryſoſtomus & Tertullianus argumentantur. Nam & cum ſciamus ,* inquit *Chryſoſtomus, mortuorum animas non redire, tamen ſæpe dæmon per quietem & ſomnum, qua una ratione poteſt, animarum defunctarum perſonam ſumit. quid facturum fuiſſe ſi animas redire ſciret. Cæterum non quoties qui apparet ſe hujus vel illius animam eſſe dicit, leviter credendum eſt, ſed etiam atque etiam exploranda res, plerumque enim, ait, Dæmonem eſſe arbitror , qui ſe animam eſſe mentitur.* Erant, ait Baſilius in Eſa. 8. *Dæmones,*

*mones, qui ſtridentes ſe transformarunt in habitum & perſonam Samuëlis, qui quod audiſſent ſententiam condemnationis adverſus Saulem prolatam, quæ à* DEO *prodierat, exponunt & promulgant uti propriam.* adde certiſſimum Sathanæ characterem, abigere à Lectione Scripturæ S. ad quam bonus Spiritus diligentiſſimè hortatur. *V. Præſidium ab exemplo* diſputatoris, non facile in diſputando Principis, ſed ter quaterque imbellis, rudis & calumniatoris, ut qui Diabolo tanquam homini, cui tenebatur, non potuerit reſpondere ex Pſal. 2. *hodie genui te,* DEUM ab æterno fuiſſe Patrem: qui ſtatim ſe dederit turpiter, ῥίψασπις, Refuga intempeſtivus, ajens perfrictâ fronte, Scripturæ Sac. ſe teſtimoniis in errorem nefarium à Dæmone miſſum fuiſſe. Si Scripturæ illæ per ſe ſunt fallaces, non minus è Chriſtianâ Eccleſiâ ejiciendæ eſſent, quàm peſtes è domo, indignæ profecto iis elogiis, quibus eas affecit Bellarminus ipſe: Si per accidens detortæ ac obliquatæ, nimis ille Magiſter ineptus fuerit, cujus exemplum ſequar, cum à Sophiſtæ equuleo veritatem ſolvere non potuerit vel ipſe, vel alius ſuæ religionis myſta (quem conſultum oportuit) perſpicacior. *VI. Præſidium à conſilio circulatorie-ſophiſtico,* ut ad eam ſe quisque fidem referret, quam Catholica

ſervat

ſervat Eccleſia: at Romanam hanc eſſe nullis hactenus argumentis evictum eſt. brutæ oves ita ſequantur ſuum gregem, euntes aliquando non quo eundum ſed quo itur: oſcitante uno oſcitet & alter; at conſcientiæ ſuæ curator vividus ac vigil, infallibili primùm ſcientia noverit hanc & non aliam eſſe Eccleſiam Catholicam: nec hoc ſolùm ſed & (cum ſponſa quoque convivere poſſit) hanc eſſe vocem ſponſi, Paſtoris, Judicis aliquando juxta verbum ſuum judicaturi, indubitabilem. Ecquis porro circulus Sophiſticus eſt, ſi hoc non eſt, *credo quæ Mater Eccleſia credit &c.* ô ſimplicem Diabolum, qui hîc acquieverit, non accuſarit ut ſolet Apoc. 12. atque ſic dixerit. Juſte Judex, en animam è corpore emigraturam, nulla fidei plerophoriâ ac aſphaliâ munitam, circulo Sophiſtico illaqueatam, illuminationis certioris negligentem. Tune Tenebrioni hujusmodi ſponte cœcutienti locum in luce dabis incommutabili, qui ſuę fidei rationem reddere ſolidam nequit, &, eſto, mihi indebitam, ſuæ tamen conſcientiæ debitam, num ſerena abeat conſcientiâ in cœlos?

§. 5. *Alterum exemplum* præbet agon *Lutheri* Anno 1533. agitatus, à ſemetipſo deſcriptus im Buch von der Winckelmeß vnd Pfaffenweyh / tom. 6. Ien. pag. 87. tom. 7.

tom. 7. Witt. pag. 480. Fictus ſcil. arte dialecticâ, ac Luthero Dialectico acutiſſimo uſitatâ,

(Exempla parallela legas tom. 5. Ien fol. 25. Im Buch von der Winckelmeß Anno 1534. tom. 6. Ien. pag. 177. tom. 6. Witt. pag. 569. tom. 7. Witt. pag. 465. & pag. 566. tom. 1. Isleb. pag. 421. tom. 2. Isleb. pag. 331.

exemplo S. Pauli conſecratâ, cui ejuſmodi proſopopœia quaſi parabolica, ac metaſchematismus (quem Chryſoſtomus Synſciaſmum categoriæ, Fab. Quintil. controverſiam figuratam dixit) haut eſt inſolens. 1. Cor. 4, 6. 2. Cor. 12, 2. in cap. IX. ad Romanos fingit ſibi adverſarium Judæum, ſicut & Jacobus in Epiſt. c. 2. Hypocritam quî cum diſputant: *Vtilis* ad pervicaciam adverſarii, tanquam cuneo frangendam. Fictionem hujusmodi diſputationis non realis ac vocalis, ſed cordialis arguunt verba Da fieng der Teuffel mit mir IM HERTZEN eine ſolche diſputation an/ꝛc. Item, Er kan aber auch der Seelen ſo lange machen mit diſputiren, daß ſie außfahren muß in einem Augenblick / wie er mirs gar offt faſt nahe gebracht hat. Ergo in hoc Agone in ſcenam prodeunt, hinc *Lutherus* miſſifex Papæus, Zelotes acer, Liturgiæ Romanæ ſervantiſſimus I. *Diſputator Reſpondens*; illinc primâ ſpecie ac opinione *Sathan*, *Tentator Diſputator Opponens*: hoc illum adortus ariete

Omnis Miſſifex privatus quindenarius, eſt arto-œnoquelatra, ſolius panis vinique adorator, non corporis ſanguinisque Chriſti; conſequenter æternæ mortis damnas. Tu Luthere es miſſifex privatus quindenarius, &c. Ergò.

Höret ihrs / ita Dæmon ὁ προσωποποιηϑεὶς Hochgelehrter / wiſſet ihr auch / daß ihr 15. Jahr lang habt/faſt alle Tage Winckelmeſſen gehalten/ wie wann ihr mit ſolcher Meße hettet eytel Abgötterey getrieben/ vnd nicht Chriſtus Leib vnd Blut / ſondern eitel Brod vnd Wein da angebettet vnd anzubeten andern fürgehalten. Lutherus primùm officio ſuo ſe tuetur, bin ich doch ein geweyheter Pfaff/ habe Chreſem vnd Weyhe vom Biſchoff empfangen/ dazu ſolches alles auß befelch vnd gehorſam gethan / wie ſolt ich denn nicht haben gewandelt / weil ich die Wort mit ernſt geſprochen / vnd mit aller müglicher Andacht Meße gehalten / das weiſſeſtu fürwar. audit piraſten inſtantiâ inſtructum. Es iſt war/ aber die Türcken vnd Heyden thun auch alles in jhren Kirchen / auß befehl vnd ernſtlichem gehorſam/die Pfaffen Jerobeam zu Dan vnd Berſebe theten alles/ vielleicht mit größer Andacht / weder die rechten Prieſter zu Jeruſalem / wie wenn deine Weihe / Chreſem vnd conſecriren auch vnchriſtlich vnd faſch were/ wie der Türcken vnd Samariter. Deinde reſpon-

ſpondendentem ad rem, negando Luthe-therum, obedientiam ſummo pontifici Chriſto præſtitiſſe, ſed contra Chriſti intentionem miſſificaſſe multis modis. Erſtlich ſprach Er / du weiſſeſt / ꝛc. vide tom. 6. Jen. pag. 87. & ſeqq. At Lutherus diſtricto gladio ſuo Romano rubiginoſo, manumiſſâ minore negat majorem, den Nachſatz kann weder ich noch jhr leügnen / Er ligt am hellen Tag. Der erſte Satz iſt ſtrittig / denſelben hab ich verneinet / vnd hefftige widerpart gehalten / meinen alten Römiſchen Schild vnd roſtiges Schwerd jhm entgegen geſetzt. Sathan eam validè tuetur; inſolubilem agnoſcit Lutherus. Hie brach mir der Schweiß auß / ich muſts Feld raumen / jhme (dem Diſputanten der mich ergriffen) recht laſſen / vnd mir vnrecht geben. II. Prodit *Lutherus Confeſſor, abſolutionis avidus*. Igitur Lutherus ad abſolutionis Sacramentum ut S. anchoram confugit, cupit ab hoc peccato abſolvi, éque periculo damnationis eripi. Jch will / inquit, anheben vnd für euch Heiligen Vättern ein kleine Beicht thun / gebt mir eine gute Abſolution, die euch ſelbs nicht ſchädlich ſey. Id vero reſponſi accipit à confeſſariis, quod Judas Iſcariotes à pontificibus, *Tu videris!* Qui majorem refelleret ſolidè, ad conſcientiæ uſque convictionem nemo fuit, Luthero war nach vnd nach von der Päbſtl. Cleriſey /

bald dieſe / bald jene Abſolution ertheilt worden / deren aber keine den ſtich gehalten / vnd das Gewiſſen beruhigen könte. Confeſſarius primus hoc dedit reſponſum. Er ſolte gar ſtill geſchwiegen vnd dem Teuffel nichts geantwortet haben / als Eccleſia, Eccleſia! Kirch/ Kirch / vnd dero alt vndiſputirlich herkommen. Vaniſſimè! petitionibus principii Sathan debellari nequit, ſo mauſet ihr im finſtern vnter dem Namen der Kirchen/ vnd ſoll darnach alle ewer Grewel / der Kirchen meinung heißen. Zum andern/ lehre du mich nicht/was der Kirchen Glaube vnd meinung ſeye / die Kirche glaubet vnd meinet nichts außer Chriſtus Meinung vnd Ordnung/ viel weniger / wider ſeine Meinung vnd Ordnung / von welcher ich droben geſagt habe / denn St. Paulus ſpricht 1.Cor.2. Wir haben den Sinn oder Meinung Chriſti. Woher ſoll man aber wiſſen / was die Meinung Chriſti vnd ſeiner Kirchen iſt / ohn auß ſeinen vnd der Kirchen eigen Worten? Woher weiſtu/ daß der Kirchen Meinung iſt/wie Ehebruch vnd Mord Sünde ſey/ daß Vnglaub verdam̃t / vnd dergleichen? Muß mans nicht auß dem Wort GOttes lernen? So man denn von den Wercken muß die Meinung der Kirchen auß dem Wort GOttes nehmen/wie viel mehr muß man von der Lehre die Meinung der Kirchen auß dem Wort

GOt-

GOttes nehmen? Warumb thuſtu denn hie klärlich in deiner Winckelmeße wider die hellen Wort vnd Ordnung Chriſti / vnd leugeſt darnach auff die Kirche / vnd wilt dich ferben mit jhrer Meinung / als ſey jhr Meinung wider Chriſtus Wort vnd Ordnung. Conſcientia vigilans tam abſtinere nequit à ſenſu vulneris, quàm non potuit aſſequi Themiſtocles optando artem oblivionis: nec declinari ictus, qui ſanctiſſimos quoque admiſſus cruciavit. Jch ſehe wohl / David im Pſalter vnd die lieben Propheten / wie kläglich ſie vber ſolche diſputation ſchreyen / vnd Chriſtus ſelbs muß (wiewohl vmb vnſert willen) manch bitter ſeufftzen vnd ängſten laſſen herauß fahren / durch deß Teuffels jechen vnd dringen. A Confeſſario ſecundo hoc tulit reſponſum confeſſor. Er ſolte den Teuffel mit ſeinem eigenen Nahmen abgewiſſen vnd geſagt haben: Du biſt ein Lügner / biſtu der große Doctor / vnd kanſt dem Teuffel nicht antworten? Weiſſeſtu nicht / daß er ein Lügner iſt? Lutherus: Danck habt jhr lieben Herren ewer tröſtlichen Abſolution vnd Antwort / denn das hette ich nicht gewußt / daß der Teuffel ein Lügner iſt / wo jhr mirs jetzt nicht ſagtet / wenn ich ein Papiſt wäre / vnd der Teuffel ließe mir frieden / wie er ſie läßt im Sauſe vnd ſicher leben / ſo wüſte ich jhm auch fein zu antworten / denn ich auch der kühnen

Helden einer bin/der ſich nicht für zehen fürchtet / wo ich allein bin / aber ſolten ſie die Teuffel hören diſputiren, ſie ſolten mir nicht lange von Kirchen / vom alten brauch vnd herkommen plaudern. Quid, ſi regerat Sathan, non ſum Sathan, non ſum mentitus, ſed propoſitionem objeci inexpugnabilem. Omne mendacium contra fidem eſt ex S. Literis expugnabile. *Manifeſtum* eſt, inquit *Thomas Aquinas* part. 1. q. 1. art. 8. *Probationes quæ contra fidem induuntur non eſſe demonſtrationes ſed ſolubilia argumenta.* Solve ergò ſodes. Confeſſarius tertius Lutherũ facit *δαιμονοδίδακτον*, ante eſt poſt alios *Serar*, Lojolita peculiari libro inſcripto *de Lutheri Magiſtro Diabolo*, inq; orationibus *Luthero-Turcio.* p. 150. & ſeqq. Diabolo ſcil. Magiſtro inſtillante: Omnia, inquit ille c. 6. *Opera Diſcipuli fecit, Ergo Diſcipulus revera fuit*: vide loca citata. Aut enim Aſinus fuit rudis, Serarius, puerorum dialecticorum virgâ dignus, aut canis rabioſus: ille, ſi artis dialecticæ figuras non intellexit & fictionem caſus pro narratione rei habuit; iſte, ſi ſciens venefico ore admomordit diſcipulum non Sathanæ tentantis, ſed Chriſti probantis. Ad ſummam. Is eſt diſcipulus Sathanæ eique aliquâ neceſſitudine alligatus, qui à Sathana (vere tali non ſimulato) dogma aliquod verè extraque

contro-

controverſiam toxicatum , per ſe fluens non per accidens quaſi ruens imbibit. At aſſumtionem tum probabit de Luthero Serarius, cum deſinet Serarii Magiſter Sathan calumniari. ait, *Argumentari quoddam profectò eſt docere*: audiit Lutherus argumentantē E. docentem. at audiit & Chriſtus in deſerto. Ergone? Pergit, Monere eſt quoddā quaſi docere. at Paulus audiit monentem Diabolum. Ergone? clarè *Hieron.* ep. ad 25. ad Paulū de obitu Blæſillæ (approbantibus Corn. à Lap. ad 1. Cor. 12. p. 405. Eſth. pag. 648.) Paulo datus eſt monitor ad premendam ſuperbiam: uti in curru triumphali triumphanti datur monitor ſuggerens, Hominem te eſſe memento. Uti & Pontifici cum inauguratur, ſtupa accenſa & mox extincta accinitur: Pater ſancte, ſic tranſit gloria Mundi! Item vexare eſt docere, vexatio dat intellectū. Ergóne, qui cum vapulat à Sathanâ ejus verberibus diſcit ſapere ac humilitatem colere, eſt Diaboli diſcipulus? Idem accidit Luthero hoſtium ſuorum diſcipulo haud indocili, ſic enim ipſe tom. 2. lat. l. de captiv. Babyl. p. 259., *Beneficio Sylveſtri & Fratrum adjutus, qui ſtrenue indulgentias illas tutati ſunt, intellexi, eas aliud non eſſe, quam meras adulatorum Romanorum impoſturas, quibus & fidem DEI & pecunias hominum perderent. Poſthæc*

*Eccius & Tonſerus cum conjuratis ſuis, de primatu Papæ, me erudire cœperunt. Atque hic etiam ne hominibus tam doctis ingratus ſim, confiteor me valde promoviſſe eorum opera, Nempe, cum Papatum negaſſem divini, admiſi eſſe humani juris, ſed ut audivi & legi ſubtiliſſimas ſubtilitates iſtorum Traſſulorum, quibus ſuum Idolum fabre ſtatuunt, (eſt enim mihi ingenium in his rebus non uſquequaque indocile) ſcio nunc & certus ſum Papatum eſſe regnũ Babylonis & potentiã Nimrod robuſti venatoris.* hæc Luth *Item qui percontando audit arcana à Sathanâ, ab eo docetur. at Exorciſta Papæus. Ergo. exempla alibi ſunt relata.* Pergit Serarius, at Lutherus aſſenſus eſt? c. 7. aſſenſus eſt & Chriſtus cum à Dæmone audiit Filius Dei & aſſenſum miraculo aſſeruit: quid igitur peccavit Lutherus cum propoſitioni inexpugnabili aſſenſum præbuit? quanquam falſum ſit Lutherum aſſenſiſſe Diabolo quâ tali, diſſenſit utique, quamdiu cum Diabolo ſibi coitionem fuiſſe opinatus eſt: aſſenſit, perſonâ detectâ, cum veritas ipſa illuxit. Pergit *Serar.* in Luthero-Turcic. pag. 150. *Lutheranos appello, ab ijs quæro, quid ſentiant? Iſta cum de ſeipſo ſcripſit Lutherus; verum ſcripſit an falſum? Vtrum velint eligant: ſi verum ſcripſit: verè affirmamus, ipſum verum Diaboli aſſeclam & diſcipulum eſſe: ſi falſum: verè etiam affirmamus*

*mus ipſum mendacem*, *ideoque & illius veriſſimam prolem eſſe*, *quem Veritas mendacij Patrem nuncupavit.* At idem quæras de parabolis Chriſti, quas veras eſſe hiſtorias, ratio parabolæ non ſinit; falſas os veritatis non admittit. Vera eſt relatio in nucleo, quem ὁ μῦθ☉ δηλοῖ; ficta non falſa in cortice. *III. Prodit Lutherus Illuminatus* ac experitur, poſtquam ſuccubuit, deſertus à clero, colluctatorem verum, hacten⁹ tectum, *DEUM* ſcil. dokimaſten; qui conſcientiam convicit, miſſificium ſuum priſtinum eſſe abominationem idololatricam, ac, niſi reſipiſcat, damnabilem. Reſipuit igitur, deſtitit à miſſificando non apoſtata, ſed hypoſtata veræ fidei. alibi ſuæ doctrinæ originem, ſortemque DOMINO ſuo ſimilem commemorat tom. 2 Isleb. p. 229. Lieber HErr Gott / ich habe ſie / meine Lehre / nicht ertichtet / auß meinem Kopff / ſie iſt in meinem Garten nicht gewachſen / oder auß meinem Born gequollen / noch von mir gebohren / ſondern ſie iſt GOttes Gabe / vnd nicht ein Menſchen Fündlein. Die böſe ib. pag 228. Buben vnd Schälcke / ſo die erkante Warheit vnd Lehre ſchänden vnd läſtern / dieſe ſpüren vnd fühlen die gewalt der Lehre Chriſti / daß es die heilige Schrifft iſt vnd Gottes Wort / können jhr nicht widerſtreben / ſagen / es ſey die rechte Weißheit / vnd wohl gegründet /

det / aber wir wollen ſeine Lehre gleichwohl nicht annehmen/noch hören / ſondern läſtern ſie / vnd haben geſagt / der Teuffel hat jhn ſo gelehrt gemacht/ vnd hats jhme eingeben/daß er die Schrifft könne außlegen / dieſelbigen dünckt mich rüret der HErr fürnemblich hiermit. Dann alſo gehets gemeiniglich zu/ wenn man der Lehre vnd Warheit nicht kan etwas anhaben / oder man will nicht daran glauben / ſo ſpricht man / es ſind Ketzer / der Teuffel kan die Schrifft auch gebrauchen/ auff daß er ſeine Irrthumb ſetze. Muß alſo den namen haben / daß es deß Teuffels Lehre ſey / ſo auß deß Teuffels eingeben herkomme/ ob man gleich befindet offentlich / daß es Gottes Warheit ſey / noch ſind ſie ſolche Geſellen/ ehe denn ſie ſolten Schüler werden / vnd der Warheit weichen / ehe dürfften ſie die Warheit mit Füſſen tretten / ſie meineten es wehre jhnen eine Schande / wenn ſie was lernen ſolten.

## ARTICULUS III.
## Inimicitiæ reconciliandæ Semen, veneficum, expurgandum & expugnandum.

§. 1.

SIcut aliud eſt in corpore humano ſtruma, verruca, digitus ſextus ſuperabundans,

dans, membrum aut accidens inutile ac indecorum, non tamen noxium; aliud membrum putridum, inflammatum, gangræna exitialis: ferri illud poteſt, hanc exſcindi oportet ne pars ſincera trahatur. Ubi ſubſtantia membri quidem ac brachium adhuc dicitur, ſed cancro ſic infectum ut niſi arte medicâ ſuccurratur, pereat. Ita ſi Symboli Catechetici aliquis articulus proſtheſi corruptivâ inficiatur, e. g. Credo reſurrectionem carnis merè tropicam, h. e. nego veram reſurrectionem carnis; manet quidem reſurrectionis vox ut litera ſonat generalis, at qui ſic credit, fidei facit naufragium; idem facit ille qui credit manducationem Chriſti in Sacramento ſed merè tropicam, hocque ipſo negat manducationem veram. Ita agro tritico annaſcitur vel flos aliquis inutilis Kornblum dict⁹, error infirmitatis, vel Zizanium à *Levino Lemnio* deſcriptum l. de herb. Bibl. cap. 45. *Zizaniorum nomine deſignatur omnis inutilis, vitioſa, noxia fruticatio, quæ ſementi, ac frugum incremento officit, quæque ſata ſtrangulat, ac necat, ſuccumque quo nutriuntur depopulatur, ſic ut ſegetes, aliæque herbæ ſalutares, aut maligne emergant, aut prorſus ſuffocentur.* Id vero eſt in ſenſu Spirituali error capitalis, ſemen illius qui Gregoriis dormitantibus, illud in tenebris ſemina-

minavit. Suſtineri ille ſolet, hoc reſecari oportet & eradicari: at homo zizanioſus ſive zizanium concretive acceptum, ἀσυλίαν temporalem obtinuit à Chriſto, ne ante meſſem falci runcatrici ſuccumbat, ſed ſinatur creſcere; ne forte ſi Samaritani Zebedeidarum igne fuiſſent combuſti, impeditus fuiſſet eorum in triticum profectus; ne Auguſtinus Eccleſiæ periiſſet, ſi in totam Manichæorum ſectam carnificia ſæviiſſent; Ἀσυλίαν autem nequaquam gladio ſeu paſtino ſpirituali, à cenſurâ ac anathemate ſacro, à quo profectus ad σωτηρίαν; ſed carnificio, à quo defectus ad ἀπώλειαν oritur. breviter errori nunquam parcendum quin eradicetur, nec tamen ad corporalem uſque internecionem. Errori quâ tali, non alîus alicujus flagitii comperti, adde & pertinaciæ poſt obtentam αὐτοκατάκρισιν adhuc obſtreperam, & pellaciæ malitioſæ.

§. 2. Cæterùm diligenti hîc διακρίσει opus eſt, ut ſemen mulieris à ſemine ſerpentis rectè diſcernatur. Sicut ſunt quibus verrucæ videntur eſſe montes; ſunt, quibus montes verrucæ ſpeculari quadam arte contracti. Jlli fidei dogmata neceſſaria acceſſionibus heterogeneis cumulant: Hi, eadem deartuant, mutilant, reſecant; crudeles profecto chirurgi, qui ut ſervent
ſuam

ſuam gangrænam, membrum utile abſcindunt; ut manducationem merè tropicam obtineant, manducationem oralem à fidei articulis per apocopen abjiciunt; ita & ſunt quibus Zizania flores tolerabiles; alii quibus flores zizania eſſe videntur. Neceſſaria fidei & ſalutis exhibuimus, ad exemplum Chriſti & Apoſtoli, parabolicè, ſub imagine medicinę in Sigalione; domus arte architectonicâ fabricatæ, in Salve Ref. epuli in ſtylo vindice ſect. 2. Ibid. in Stylo vindice articulos fidei illuſtravimus ſub figurâ articulorum corporis humani, quibus reſpondent λόγοι ὑγιαίνοντες. Non libet cuſa recudere. Non primi fuimus, ſed, Gamalielis Islebidæ Diſcipuli, qui alibi exemplum præbuit quæſtionis & neceſſariæ tom. 3. lat. pag. 164 f. 2. *Non eſt irreligioſum* ajens, *curioſum aut ſupervacaneum, ſed imprimis ſalutare & neceſſarium Chriſtiano noſſe, An voluntas aliquid vel nihil agat in ijs quæ pertinent ad ſalutem. Imo ut ſcias, hic eſt cardo noſtræ Diſputationis, hic verſatur ſtatus cauſæ hujus. Nam hoc agimus ut diſquiramus, quidnam poßit liberum arbitrium, quid patiatur, quomodo ſe habeat ad gratiam* DEI. *Hæc ſi ignoraverimus, prorſus nihil Chriſtianarum rerum noſſemus, erimusque omnibus gentibus pejoris.* Confer tom. 3. lat. p. 161. f. 2. Ep. 164. & non neceſſariæ tom. 2. Isleb. pag. 475. f. 2.

Hie

Hie bekümmert man ſich nun / wie der Herr Chriſtus hab können Brüder haben / ſo er doch ein einiger Sohn Mariæ war / vnd die Jungfraw Maria keiner Kinder mehr Mutter iſt geweſen / Reſpondet ib. Es ſey jhm aber wie jhm wolle / ſo ligt nichts groß daran / es gibt dem Glauben nichts / ſo nimts jhm auch nichts / Gott gebe es ſind ſeine Våttern oder Brüder von Joſeph gebohren / ſo ſind ſie mit jhm gen Capernaum gezogen. Sic & *Auguſtinus* inter ignorabilia numeravit quæſtionem, *qualis ſit ignis infernalis*? l. 20. C.D. cap. 16. Quamvis itaque tolerari queant non neceſſaria fidei cultusque divini, nec impediant ſympolitiam ſacram; neceſſaria tamen ſine elencho ſuſtinere, ac peſtis contagium ferre, ſalvâ gloriâ luminis & conſcientiæ ſerenitate, nefas. Eradicandum hic & expugnandum ſemen anguinum eſt. vide Reform. Salve p. 416. ſeqq.

## CAPUT II.

## ARTICULUS PRIMUS, Inſtrumenti pacifici Requiſita Indoles.

§. 1.

ANte omnia tenendum eſt eſſe aliquod in orbe medium pacis religionũ conciliandæ,

ciliandæ, alioquin non ſatis DEUS provi-diſſet generi humano futuro inexcuſabili. Intra ordinem verſamur: τὰ θεῖα extra ordinem concitata Irenopoemata divino nutui reſignamus, dummodo vera ſunt quæ referuntur. Exempla occurrunt extraordinariæ victoriæ apud Socrat. lib. 4. 21. Theodoret. l. 4, 19. conf. alia cum tentatione Numinis conjuncta apud Spond. anno 514. 3. an. 583. 9. an. 471. 2. *Inſtrumentum* ſeu medium rei prudenter agendæ eſſe debet ex placito Ariſtotelis 1. κάλλισον. 2. τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν 3. ῥᾷσον. Atque hîc quidem 1. κάλλισον *Optimum, cùm abſolutè, ſanctitudine* ex conſecratione oris Dominici; *Ordine* quem oratio Dominica inſinuat, gloriam, regnum nutumque Numinis pani, pacique antefe-rendo: *Sorte* quietis conſcientiæ, per αὐτοκατάκρισιν, ex convictione elenchticâ, illuminatrice veri, denubilatrice falſi ortam, quâ obtentâ finita lis eſt; pax eſt obtenta: *Proportionis congruitate*, quæ ſpiritualia ſpiritualibus admetitur, finem ſpiritualem medio ſpirituali; ſemini ſerpentino eradicando & conſcientiæ penetrandæ par. Hieron. ad Epheſ. 6. p. 361. *Contra ſpirituales hoſtes ſpiritualia arma ſumenda ſunt, ut à diſſimilitudine Diaboli natura armorum fortitudine protegatur. Tùm comparatè* in reſpectu ad alia pacis media minus ſancta, congrua, licita, ordinata.

Luth.

Luth. tom. 6. pag. 569. Auß diſem grund ſorg ich / ſey es vor zelten kommen / daß die theuren Fürſten / Keyſer Fridrich der erſte vnd der ander / vnd viel mehr Teütſcher Keyſer / ſo jämmerlich ſein von den Päbſten mit Füſſen getretten vnd verdruckt / für welchen ſich doch die Welt fürchtet / Sie haben ſich vielleicht verlaſſen auff jhre Macht / mehr dann auff GOTT / darumb haben ſie müſſen fallen / vnd was hat zu vnſern Zeiten / den Blutſäuffer Iulium ſecundum ſo hoch erhaben / denn daß ich beſorge / Franckreich / Teutſchen vnd Venedig / haben auff ſich ſelbs gebawet. Es ſchlugen die Kinder Benjamin zwey vnd viertzig Tauſent Jſraeliten / darumb / daß ſie ſich auff jhre Stärcke verließen. Judic. 19. Daß vns auch nicht ſo gelinge / mit dieſem Edlen Blut Carolo, müßen wir gewiß ſein / daß wir in dieſer Sach nicht mit Menſchen / ſondern mit den Fürſten der Höllen handlen / die wohl mögen mit Krieg vnd Blutvergießen die Welt erfüllen / aber ſie laßen ſich damit nicht vberwinden / man muß hie mit einem verzag leiblicher gewalt / in demühtigem vertrawen GOttes / die Sach angreiffen / vnd mit ernſtlichem Gebett hülffe bey Gott ſuchen / vnd nichts anders in die Augen bilden / denn der elenden Chriſtenheit Jammer vnd Noth / vnangeſehen was böſe Leüte verdienet haben / wo das nicht / ſo ſoll ſichs ſpiel wohl laſſen anfahen mit großem ſchein / aber wenn man hinein kompt / ſollen die böſen Geiſter / ein ſolche Jrrung zurichten / daß die gantze Welt müſte in Blut ſchweben / vnd dennoch damit nichts außgericht / darumb laßt vns hie mit furcht GOttes vnd weißlich handlen. Je größer die Gewalt / je größer Vnglück / wo nicht in Gottesfurcht vnd Demuth gehandelt wird.)

II. Τὸ ἐφ' ἡμῖν, δυνατὸν περὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν, πρακτόν. Perinde aliàs fuerit de hoc medio deliberare ac περὶ τῶν ἐν ἰνδοῖς ἢ πῶς ἂν ὁ κύκλος τετραγωνιστέος, ut de ſuo hoc mihi largiatur Ariſtotel, é l. 2. Eudem. cap. 10.

III. Ῥᾷστον *facilimum*. Duplex tamen facilitas eſſe poteſt, una nobis ac ſenſu noſtro primore, altera naturâ ſuâ & ordine intelligendi:

ligendi: ſicut & notiora alia ſunt naturâ, alia nobis notiora. negligunt hanc diſtinctionem Irenici Compendiarii, qui citiùs viam pacis inveniunt, quam pirum vulpes comeſt; ac ideo etiam ut canes feſtinantes cæcos catulos pariunt. At ubi ἐυταξία διαλέξεως (juxta Greg. Naz.) ſtrictè obſervatur, tantò proclivior eſt victoria, quantò initio viſa eſt difficilior. Hæc quoque ſarcina quaſi alata eſt; ubi cura cœli quam ſeculi promptior: non eſt æthnæum aut gigantæum onus quod molimur, dummodo cura cœli prævaleat curæ ſeculi: unum neceſſarium eligatur cum Maria diſcipulâ Chriſti præ parergis: Theſauri ſapientiæ cœleſtis antehabeantur theſauris mundi, ardeat Dialectica diſciplina, quam Irenici hodierni oderunt, præ Rhetoricâ quâ diffluunt, floreat linguarum Hebrææ & Græcæ ſtudium præ Italicâ & Gallicâ. Si plebeii & indocti omnes homines certi eſſent, ſe conſecuturos aut conſequi poſſe rationem lucrandi centum millia florenorum, ſi modo linguam Hebręam aut Syriacam ſcirent, an indecorum & precium operæ non putares eos facturos, ſi eam addiſcerent? ipſi procul omni dubio, ſi modo id crederent, repentè ex indoctis fierent docti, & vel unam & viginti linguas cum Mithridate, quin imò ſeptuaginta duas linguas cum Se-

 natori-

natoribus Sanhedrini Judaici diſcerent potius, quàm tanto damno ſeipſos mulctarent. Jam vero cum ex linguæ divinæ cognitione cœleſtes & incomparabiles illos divinorum præceptorum & promiſſorum theſauros omni pretio majores comparare ſibi & nanciſci queant, mirumne tibi videretur, ſi judicarent operæ precium, adeoq; neceſſe eſſe, ut Hebraicè ſcire laborent? Verbum Chriſti inhabitet opulentè cum omni ſapientiâ; ante omnia quæratur regnum DEI, ut adveniat; nomen DEI ſanctificetur, ut paſſim fulgeat: dies feriati, quorum in Papatu plus eſt, quam Lex Sinaica permittit, melius in verſandis Scripturis Sacris, quam fieri ſolet, collocentur; non profaneſcerent ac degenerarent in diſſolutam proterviam, compotationibus, ſaltationibus, luſibus, rixis, pugnis perſtrepam, minus punitam, quam ſi quis die prohibito ovum guſtaſſet. *Qui auditâ miſſa* (Navarri decretum eſt) *reliquum tempus diei feſti conſumunt in venationibus, bellorum ſimulacris, ſive juſtis & torneamentis, in luſibus, in choreis, aut otioſe vagantur, non peccant mortaliter.* Non eſt, inquam, tam oneroſum, dummodo proportio teneatur, humerorum & ſarcinæ portandæ. Idiota nullâ ſuâ culpâ legendi Ignarus examinet audita ad catecheſin ſine gloſſis, puram,

totam,

totam, biblicam, auditam ac memoriâ conſervatam: Anagnoſtes exercitatior legat, colligat, ruminet: Theologus inſuper hermeneuticâ & polemicâ facultate inſtructus linguarum & artium ſubſidiis comitatus, accuratiſſimè omnia penſitet. dummodo ingredi ſcripturarum regiam velis omnibus patentem; compellat te ad introitum innata ſciendi cupiditas, quæ quoties aulæ alicujus celebris videndi copia datur, non poteſt non acuere ad ingreſſum; fama, celebritas, aut quævis alia occaſio laceſſit. lucifugæ ſcripturarum perinde faciunt, ac ij qui aliquod exoticotameion non prius oculis uſurpare vellet, niſi prius omnia minima maxima quæ viſuri eſſent, ab indice & comite præmonſtrarentur. Veni & vide! Oculo autem libero, non occupato, connivo, tecto; hoc age!

§. 2. Eſt autem Ἀυτοκατάκριτος & pro victo habendus is qui *ab audientiâ alteram partem arcet, quam admitteret* Adverſarius ingenuus, ſi cauſæ ſuæ non diffideret, at hodie non alia Sathanæ techna frequentior, præſertim in Regno Papæo, ubi una auris perpetuò patet Accuſatoribus noſtris, nobis utraque auris manet occluſiſſima: *Adynamiæ* in reſpondendo, *paralipſeως* eorum ad quæ quis reſpondere tenebatur,

*Kybeæ* Sophiſticæ, *paradoxologiæ*, ad quam perductus eſt, heautontimoriæ manifeſtarius; Convitiator mordax: Irriſor petulans, non, ajens, digna eſſe, quæ legantur, indigniora quæ refutentur, indigniſſima ob obſcuritatem, quæ Sol videat. Sic enim ſolent, qui erubeſcere erubeſcũt. Ripſaſpis denique ignavus, vadimonij deſertor deſperatus, qui reclamare poſſit, niſi quod Deûm latrator Anubis. Annon hoc natura docet, victum eſſe qui arenâ cedit, viciſſe qui manet, qui ſtat. Quis denegabit Chriſto victoriam cum Scribæ & Phariſæi ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι à propriâ conſcientiâ convicti exierunt, Jeſus ſolus relictus eſt. Johan. 8, 9. *Deſperatio victoriæ, imò devicti exercitus certiſſimum ſignum eſt FUGA*, fatente *Tannero* in Apolog. Comp. relat. de Colloq. Ratisb. cap. 18. p. m. 147.

---

# ARTICULUS II.

## Gladii pacifici Diſignatio.

### §. 1.

AT hujusmodi Medium, poſt precum ardentiſſimarum ſymphoniam, clavem pacis, à clavigero Chriſto exambientem, aliud melius, facilius ac poſſibile magis, non eſt niſi GLADIUS SPIRITUS

ORIS

ORIS DOMINICI. *Gladius*, inquam, non corporalis, ſive ſtrictè ſive latè acceptus. latè ac ſynecdochicè pro omni inſtrumento nemetico Rom, 13. 4.

Probabile eſt ( inquit Menoch l. 6. de Repub hebr. pag. 559.) quod Hebræi in bello cominus gladio, eminus arcu utebantur, horum armorum nomina totius inſtrumenti bellici ſignificationem comprehendere voluiſſe.

*Propriè* pro materiali illo ferreo chalybeové, acuto, cæſim punctimve feriente: hunc DOMINUS Simonem Petrum in vaginam jubet recondere. carnificis eſt illum in reos diſtringere. Ketzerey (ſcribit Luther. tom. 6. Witt. pag. 601. f. 2.) iſt ein Geiſtlich ding / das kan man mit keinem Eiſen hawen / mit keinem Feuer verbrennen/ mit keinem Waſſer erträncken. Es iſt aber allein GOttes Wort da/ das thets/wie Paulus ſagt 2. Cor. 10. vnſer Waffen ſind nicht fleiſchlich / ſondern mächtig in GOtt zuverſtöhren allen Raht vnd Höhe / ſo ſich wider GOttes Erkäntnis aufflehnet / vnd nehmen gefangen allen Sinn vnter den dienſt Chriſti. Von ſolchem verſtören der Ketzerey hat der Prophet Eſaias verkündigt am 11. vnd geſagt: Er wird die Erden ſchlagen mit der Ruten ſeines Munds / vnd den Gottloſen tödten mit dem Geiſt ſeiner Lippen. Da ſiheſtu / daß durch den Mund außgerichtet wird / ſo der Gottloſe ſoll getödet vnd bekehrt werden.

Summa ſummarum / Solche Fürſten vnd Tyrannen wiſſen nicht / daß wider Ketzerey ſtreiten / ſey wider den Teuffel ſtreiten / der die Hertzen mit Irrthumb beſitzt / wie Paulus ſpricht / Epheſ. 6. Wir haben nicht mit Fleiſch vnd Blut zu ſtreiten / ſondern mit der Geiſtlichen Boßheit / mit den Fürſten die dieſe Finſternus regieren / ꝛc. Darumb ſo lange man nicht den Teüffel abſtößt vnd von dem Hertzen jagt / ſo iſts jhm eben / wenn ich mit Schwert oder Fewr ſeine Gefäß vmbbringe / als wenn ich mit einem Strohalm wider den Blitz ſtritte. Das hat alles reichlich Hiob am 41. bezeuget / da er ſagt / wie der Teüffel Eiſen wie Stroh achte / vnd keine Gewalt auff Erden fürchte. Man ſihet es auch wohl in der Erfahrung / denn ob man gleich alle Juden vnd Ketzer mit gewalt verbrennet / ſo iſt vnd wird doch keiner dadurch vberwunden noch bekehret.

Pertinet huc proſphoneſis M. Antonii de Dominis l. 6. cap. 8. n. 24. pag. 714. Imperator ſacratiſſime, Reges ſereniſſimi, Principes religioſiſſimi, & Reſpublicæ Chriſtianiſſimæ, ſi viribus ſolis humanis, veſtroque ſolo gladio materiali pacata omnino retinere ſperatis veſtra regna, ubi ex cauſa fidei & religionis vigent diſſenſiones, dicam bona veſtra cum venia, errorem erratis non levem. Si Romanæ parti adhæreatis, eos qui indebitam Romanam Monarchiam ferre non poſſunt, neque debent, afflictos & gementes ſubditos habebitis. Si reformatos vobis fovendos ſuſcipiatis, Romanum Pontificem, Epiſcopos plurimos, cæteroſque eis addictos abſque dubio ſentietis adverſarios; & tales fortaſſe adverſarios, qui in caput veſtrum dira & funeſta moliantur. Humana conſilia tanto malo occurrere non poſſunt. Ac niſi prius unionem fidei in veſtris Regnis,

gnis, vos ipſi, non vi, non armis, non terroribus, non carceribus, non proſcriptionibus, non ſanguinis effuſione; ſed verbo DEI, ſed tutis & bene regulatis conſultationibus, ſed veræ Apoſtolicæ & ſanctorum Patrum ſanæ doctrinæ explicationibus, viribus veſtris externis, ut rite fiant, adjutis, effeceritis, in veſtris ditionibus ubi hujusmodi ardent diſcordiæ, tuto pacateque non regnabitis. Quid igitur vobis agendum? Veſtrum eſt Principes religioſiſſimi, veſtrum inquam omnino, & non alterius, ut ſæpius & docui, & monui, & docebo, & monebo, ut unitas fidei Chriſtianæ Catholicæ & Apoſtolicæ reparetur: ea vero reparata & perfectè ſtabilita, tum demum cura veſtra pro ipſius conſervatione, erit maximè & utilis & neceſſaria; ne pax publica Eccleſiæ per vos jam conciliata, à quoquam ſceleſto perturbetur, ſed Eccleſia ſua tranquilla devotione lætetur. Vnitate fidei, in noſtro occidente, per vos ſtabilita, mihi dubium non eſt, etiam orientem nobiſcum conſenſurum; ita ut tota Chriſti Eccleſia, per univerſum orbem diffuſa, perfecta charitate in Chriſto unita, unâ fide, uno baptiſmate, una religione, uni Domino ſerviant, & pleniſſimè obſequatur.

Sed GLADIUS SPIRITUS, qui quia Spir. S. virtute agitatus, τὰ τοῦ πνεύματος πνευματικῶς judicat, quaſique amentatus ad pacem ſpiritualem cœleſtem æviternam collineat. ORIS DOMINICI quia ex ore Domini exit; ab hoc ore pendet, in oris hujus gloriam refluit: *Spiritualis* cùm latè acceptus de totâ panopliâ ab Apoſtolo Eph. 6. aperta, tùm ſtrictè ῥομφαῖα (à ῥομφῆ enſis & hæc à ῥαίω deſtruo) μάχαιρα quaſi μάχην αἴρουσα pugnam tollens.

de Hebræis gladii nominibus hæc notavit Menoch. l. 6. Repub. Hebr. cap. 11. pag. 568. Satis frequenter gladius apud Hebræos dicitur חרב chereb, à radice חרב quæ exſiccare ſignificat, quod nimirum dum gladius vulnus infligit ſanguinem effluere faciat, & corpora ſanguine vacua & ſicca reddat. Aliquando eadem



lingua

lingua dicitur מאכלת Maachelet à conſumendo & comedendo nam אכל achal, Hebræis eſt comedere. Hac voce uſus eſt Sapiens Proverb. cap. 30. cum dixit: Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, appoſitè hoc vocabulum adhibens, cum de dentibus comeſtionis inſtrumentis verba faceret. Et ſanè frequenter in Sacris Literis gladio os tribuitur ad devorandum, ut cum dicitur Exod. 17. Fugavitque Ioſue Amalec & populum ejus in ore gladii, i. e. in devoratione gladii, ut ſcilicet à gladio interimente devorati fuerint & conſumpti. & ib. pag. 569. Sic percutere in ore gladii, eſt omnes occidere & nemini parcere, quod eſt percutere quantum gladius percutere velit, percutere ad ſatietatem, quantum ipſi gladio placuit, aut gladium tractanti. Quod ſi gladius ex utraque parte ſit acutus δίστομος dicitur à Græcis, geminum os habens, duo ora habens, item Anceps, ut apud S. Paulum ad Hebr. 4. Vivus eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. Hujusmodi gladii appellantur etiam ἀμφίστομοι, quod utrinque ſecent. D. Hieronymus compluribus in locis vertit gladius biceps.

*Gladius probè politus*, elimatus ab ærugine, quæ eſt ex loci ubi jacet affluente contagione, ſeparatus, evaginatus, rectè tractatus.

§. 2. Is vero eſt τὸ ῥῆμα θεοῦ, τὸ ἔλεγχον, nemeticum, bellicum Eph. 6. ejus qualitates & officiũ ad vivum depinxit, idem Apoſtolus Hebr. 4. 12. & 13. *Vivus enim eſt ſermo DEI & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti: & pertingit uſque ad diviſionem animæ ſimul ac Spiritus, compagumque & medullarum: & dijudicat cogitationes & conceptus cordis. Nec eſt ulla res creata non manifeſta*

*nifeſta in conſpectu ipſius: imo omnia ſunt nuda & intimè parentia oculis ejus quicum nobis eſt negotium.* Lucas c. 12, 51. gladium per διαμερισμὸν exponit.

Pulchre Lutherus in Colloq. Menſ. p. 14. GOttes Wort iſt zur Zeit deß HErren Chriſti vnd der Apoſtel / ein Lehrwort geweſen/ das man allenthalben in der Welt geprediget hat. Darnach vnder dem Pabſtumb/ iſt es nur ein leßlich Wort geweſen/daß man allein geleſen vnd nicht verſtanden hat. Aber nun iſt es ſtreitbar worden/daß da vmb ſich ſchlägt vnd hawet/ vnd will ſeine Feinde nicht länger leiden/ ſondern es raumet ſie auß dem weg.

Hoc Inſtrumentum toties in S. Literis præceptum extat, quoties Elenchi fit mentio quoties officium elenchticum eſt conſecratum ac laudatum. Joh. 16, 8. Tit. 1, 9. Hoc munus Eccleſiæ eripit, qui gladium eripit. Eſt autem ἐλέγχειν παρὰ τῷ ἔλην ἔχειν ſplendorem habere, ἐν ἡμέρᾳ δηλώσεως. 1. Cor. 3, 13. in lucem ſequeſtram ponere. Joh. 3, 20. eò rem redigere, ut reſplendeat nobile verum, falſum in noctem redeat, unde venit: convincere Joh. 8, 46. arguere Matth. 18, 15. & alibi pluries! Ariſtoteli Elenchus eſt antitheſis theſi oppoſita.

§. 3. Hoc medium pacis eſt κάλλιϛον *cùm abſolutè ſanctitudinis origine*: quia hic gladius à τρισαγίῳ, Patre donatus, à Filio ſanguine emtus, à Spiritu Sancto cuſus, ore Domini præceptoque conſecratus eſt. Sed & optimum *congruitate.* verbo pax Numini inviſa inter Evam & Serpentem conſu-

conſuta eſt: verbo iterum diſſuenda; ac pax Numini grata reſarcienda eſt. nodus Gordius eſt quem contexuit Sathan, gladio iterum diſſecandus, bellis Domini David effregit pacis Salomonææ quaſi ferreas portas.

Egregiè Luther. tom. 1. Isleb. pag. 87. Man muß der Leute Hertz zum erſten fahen / welches denn geſchicht wenn ich GOTTES Wort treibe / predige das Evangelium / verkündige den Leuthen jhren Irꝛthumb / vnd ſage lieben Herꝛen / lieben Pfaffen / lieben Papiſten / trettet ab von der Meſſe / es iſt nicht recht ewer Meß halten / jhr ſündiget dran vnd erzürnet Gott damit / das will ich euch geſagt haben / wolt jhnen aber keine Satzunge machen / auch auff keine gemeine Ordnung dringen / wer da folgen wolt der folgete / wer nicht wolt der bliebe auſſen. Wenn man jhm alſo thet / ſo fiel heüte dem das Wort ins Hertz / morgen einem andern / vnd würckete alſo viel / daß ſich einer müſte nun gefangen geben / vnd ſchuldig achten / daß er hierinne geirꝛet hette / vnd gieng hin vnd fiel von jhm ſelbs von der Meſſe. Alſo würckete Gott mit ſeinem Wort mehr / denn wenn du vnd ich / vnd die gantze Welt alle gewalt auff einen Hauffen ſchmeltzeten / denn mit dem Wort nimmet Gott das Hertz ein / wenn das Hertz eingenommen iſt / ſo haſtu den Menſchen ſchon gewonnen / alsdenn muß das ding zu letzt von jhm ſelbs fallen vnd auffhören.

Quibus enim cunq; modis actibus gladius corporalis vincit, illi omnes in hoc quoq; gladio verbi apparent. Eſt enim hic gladius ratione virtutis & qualitatis φωτεινὸς (ὅπλα τοῦ φωτὸς nominat Apoſtolus Rom. 13, 12. *Curate*, inquit *Plautinus ille*, *ut ſplendor meo ſit clypeo clarior quàm ſolis radij eſſe ſolent cum ſudum eſt*) erubiginatus, limatus, expolitus, acutus, fortis δίστομος,

h. e.

h. e. cæſim & punctim ferire aptus. plumbeus hic pugio nihili: aureus precioſior licet, cedit non penetrat: unde haut ſtulte Glaucus Homerianus cum Diomede permutavit Χρύσεα χαλκείοις, licet ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων: Butyraceus diffluit; ſitu ſqualidus æruginat. Verbum Dei per ſe ſatis eſt politum, ſed affluit illi ab extrinſeco ex accidenti aeris vitio contagioque, h. e. commentariorum errore, τὰ λόγια Θεοῦ οὐχ' ὡς λόγια Θεοῦ tractantium, rubigo heterogenea quæ delimanda eſt. *Ratione officij* 1. *efficax*, ſcindens, penetrans, ὁ διέρχεται Luc. 2, 35. Hebr. 4, 12. 2 Κριτικὸς *ſequeſter* Hebr. 4, v. 12, 13. δοκιμάζων, ἀναλύων, διακρίνων τὰ πνεύματα depulſor falſi, vindex veri, logico omnia judicio non politico. 3. *Everſor*, καθαίρων τὰ ὀχυρώματα, ὑψώματα, λογισμοὺς ἐπαιρομένους κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, αἰχμαλωτίζων πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ χριστοῦ. *Victor* è convictione conſcientiæ per καρδιοσρεψίαν & epiſtomium ſilentii. Ejus Elencho ferrea catena ſervitutis, halitu verbi divini non minus mirabiliter ceſſit, ac Angeli verbo, catenæ S. Petri. Ideam hujusmodi gladii exhibuit Gladius Salomonis, deciſor controverſiæ inter duas mulieres de verâ maternitate: pupugit ille cor matris, reſupinavit cordis ϛοργὴν, veram matrem à larvatâ evidenter diſcrevit. vide præfat. dedic. Hodom. Pap.

§. 4.

§. 4. Idem *Gladius* eſt II. *Medium poßibile*, ſi ordinatè tractetur. Videatur Gorgias Sophiſta in Val.M. Capic. redivivus. p. 20. & ſeqq. uſque ad p. 34. Inſtantias contrarias dilutas, ib. p. 34. uſque ad finem. Eſt πρακτὸν, ac ſæpe feliciter confectum. quod enim os gladii à ſummis Cæſaribus ac Regibus in Anti-Chriſtum diſtricti non valuit, id potuit gladius oris Dominici Luthero interprete emiſſus 2. Theſſ. 2, 8. Id quod exemplis facti per omnia ſeculorum volumina comprobatum eſt: fieri omnino poteſt quod toties factum legitur. Vicit Chriſtus ſæpe ad αὐτοκατάκρισιν uſque, ad ſilentium Matth. 2, 22, 46. Marc. 12, 23, 37. Luc. 20, 39. Luc. 20, 26. καὶ ἄνοιαν Luc. 6, 11. Joh. 8. vide Polemoſoph. pag. 135. & pag. 195. ſeqq. Salve pag. 841. & ſeqq. Vicit Apoſtolus, vicit antiqua Eccleſia, cujus exempla memoravimus in Chriſteid. Act. 1. theatr. 3. Phænom. 1. pag. 606. plura daturi in ſequentibus actibus. Favent huic medio comitiorum decreta; maxime illud in quo ſtabilita eſt pax Religionis Anno 1555. Es ſoll die ſtreitige Religion nicht anders/ dann durch Chriſtliche / freundliche / friedliche Mittel vnd Wege zu einhelligem Chriſtlichem Verſtande vnd Vergleichung gebracht werden. Reſpondet decretis executio in diverſis Colloquiis Anno 1530. 1540. 1541.

1546.

1546. Sacri Romani Imperii auſpicio habitis. Videndus de his D. *Dorſcheus* in diſſert. ſecul. de conſeq. Auguſtan. Conf. c.1. pag. 26. & ſeqq. Favet Conſilium *Vladislai Regis Polon.* Colloquium Thorunienſe inſtituendo, in quo Rex Uladislaus per Archicancellarium Oſſolinski hortatus, ut pio ipſius deſiderio reducendi ad concordiam, diviſas de doctrinis Fidei Chriſtianæ ſententias, ad quod hunc Conventum indixit, æquabilibus animis, ſuſpicionibusque ſemotis obſecundarent, ita *Paulus Piaſec. Chron.* Hiſtor. in Europa ſing. pag. 507. ad Ann. 1638. Favent vota noſtratium. Sic enim *Proteſtantes* apud Sleidan. l. 13. p. 303. *imprimis optamus, ut viris bonis atque doctis liceat de his rebus omnibus conferre, & liberè pronunciare.* p. 304. *profitemur, non defuturos eſſe nos Colloquio & actioni conciliationis. Quam quidem vocem, ne quis erret, ſic accipimus, ut videlicet ſcriptura duce, quid verum ſit, exquiratur, & errores antiquentur, & vera doctrina locum in Eccleſiis obtineat; nam alioqui fruſtra ſumitur omnis labor.* & mox eadem p. 304. *petimus, ut quod Cæſar Francofurti nobis per ſuum Legatum promiſit, Colloquium inſtituatur.* rurſus p. 307. *quod igitur Francofurti placuit omnibus, idem nunc ſibi quoque videri commodiſſimum, ut, ſi Germaniæ Conventus haberi non poſſit, Colloquium*

*inſti-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/97 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*inſtituatur: exiſtimare enim ſe, nullam inveniri poſſe viam iſta meliorem.* *Favet fiſtula Irenica Heidelbergenſis,* quanquam in Synodo Dordracenâ non audita: (*quippe* verba ſunt Remonſtrantium in Præf. ad act. p.5.) *à collatione uſque adeo abhorruit ſemper Synodus, ut ne vocem quidem ipſam in primo noſtro aditu ſuſtinuerit, ſed ſpem omnem protinus præciderit. Quoties optavimus, rogavimus, oravimus, obſecravimus, ut juſta aliqua collatio, ſpectante & audiente Fœderato Belgio toto, inſtitueretur? quàm enixè ſæpenumero petiimus utrumque in tanta doctorum hominum coronâ quisquam eſſet, qui errorem nobis noſtrum oſtenderet, & erroris nos, ſi poſſet convinceret? at ſemper repulſam paßi ſumus, ad judicandum quippe non ad diſputandum ſe conveniſſe ajebat Synodus.* Nec abludunt Conſilia quorundam Romanenſium, quod quæſtionem an ſit, attinet, *Adami Conzen.* l. 9. polit. c. 33. & 44. *Ebermanni* in Iren. Cathol. c. 3. *Walenburchiorum* in calce method. Aug. pag. 387. Quid recutitâ gente pertinacius? at gladio verbi ceſſit non ſemel ac cedere potuit, id quod exemplo mõſtrat *Nicol. Abram* Loiolita in Pharo Vet. Teſt. p. 366. & ſeqq. Barachias Judæus veritati manus dedit, ac Meſſiam veniſſe cõfeſſus eſt; ubi nulla fugam reperit fallacia, vict⁹. Nec infringit hanc gladii δύναμιν δύ-

*ταμις* Papæa, ut ajunt, irreformabilis. *Nō eſt*, inquit *Iuſt. Pacius* in reviſ. judic. ſeu reſp. ad ep. Simplicii Verini p. 41. *in dubiū revocanda fides Eccleſiæ; nec aliquid remittendum eſt de puritate doctrinæ, quæ eſt, fuit ac erit ſemper eadem*: Concedo, ſi eſt, quod jactat, vera Eccleſia Chriſti, ſi puritate doctrinæ gaudet, ſi ſemper fuit eadem. Sin'? nego. *Eſt* (p. 152.) *Eccleſia Columna & firmamentum veritatis*. Concedo, ſi Eccleſia in veritate fundata eſt, nam veritas fundat Eccleſiam, non Eccleſia veritatem. Sin'? ſi aliqua Eccleſia ſit columna ad quam Veritas flagellatur? nego. *nec Simplicius unquam probabit Eccleſiam Reformatione indigere in Articulis fidei*. Concedo ſi conſtanter ſemper hos docuit. Sin'? ſi articulos apiſtiæ ac perfidiæ docuiſſe demonſtrari poterit? Nego. φαντάζονται (inquit *Arianus in Epiſt.*) rati quicquid à ſe decretum fuerit, in eo eſſe pertinaciter perſeverandum. Nimis Perſicum ſupercilium eſt in rebus fidei, conſcientiæ, ſalutis æternæ, nihil velle retractare. Sic Caiaphas furat contra Chriſtum, ſic Roma Ethnica in Chriſtianos detonet, ſic Mahomet ſæviat, ſic caput delirum, medicum arceat, non item caput Eccleſiæ.

§. 5. III. FACILE. utpote in quod ſtudia ſaniorum mentium omni tempore inclinarunt, non quidem abſque difficultate

(quam

(quam facit τὸ βάθος panurgiæ Sathanicæ Apoc. 2, 24. defectus diacriſεως chariſmaticæ, hebetudo mentis humanæ, excœcatio ἀυτομάτως accerſita) ſed vincibili, ſi vera norma os Domini ſapientificum ſemper in oculis, precum ardor in corde, juſta methodus in proceſſu habeatur, idque cum *abſolutè tum comparatè. abſolutè* quia omne ordinatum & cœlitus conſecratum benedictum eſt, & facile factu: eſt ſarcina alata; & navis ὄυρῳ ſecundo καὶ ἐιρεσίᾳ diligentiori vecta. *Comparatè ſi conferantur* omnia alia Irenicorũ media, nullũ ſic fluit, ſic perficit, ita prope ad metam jacit. Vix, e.g. INTERIM Carolinum conſutum eſt, ſtatim diſſutum ac deſertum.

Ita enim *Scipio Henrici* in Cenſur. Concil. Trident. part. 1. hæc cenſet pag. 52. *Videns Cæſar Proteſtantes ſatis longo intervallo à catholica veritate abiiſſe, ita ut impoßibile crederet de uno extremo ad aliud pertranſire, excogitavit hoc medium inter utrumque, in quo ſiſterent uſque ad ſolutionem Concilij, quo tempore fortaſſe bene diſpoſiti tandem ad Catholicam veritatem redirent. Verum humana prudentia ſtultitia eſt apud DEUM. Decretum hoc, ſive INTERIM, non ſolum Pontifici, ac toti Eccleſiæ, innumeris de cauſis diſplicuit, verum fuit etiam exoſum atque inviſum Proteſtantibus, neque minus Catholici quam hæretici ſimul adverſus hoc INTERIM ſcripſerunt.*

Ideo & à ſacratiſſimis Imperatoribus Chriſtianis neglectum, Ferdinando maximè, de quo Thuanus l. 36. *In religionis negotio non ferro graſſari, ad quod ipſum & Galliæ Regem plerique hortabantur, ſed colloquÿs, diſputa-*

*tionibus, amicis collationibus, conciliis denique ſive nationalibus, ſive œcumenicis rem gerere tutiùs judicabat.*

§. 6. Fuerit igitur neceſſaria, poſt imperatas toti populo Chriſtiano ſanctas Litanias, vereq́ item ac ingenuæ metanœæ emẽdationes, colloquiorum priſtinorum, à prudentiſſimis Imperatorum ac Principum Imperii votis, placitis, inſtitutis olim adornatorum, ſed Tridentinis præſteribus perterritorũ, Revocatio, ad artis Dialecticæ amuſſim facta, ſine tædio continuata: diæta enim opus eſt; nec ſanabit unus alterve dies, quod totum ſeculum exulceravit. Irritat Chirurgus dolorem, cum à vulnere manum abſtinet, ſimul ac incepit adhibere. Omittendum interea infame Hæreſeos nomen, iis oneratum præjudiciis, quibus nec accuſati judicium ſubire, nec convitiatores judicii finem aſſequi poſſunt. Virtutem, inquies, ſapit hæc oratio, ſpeciem habet: ſed jam dudum

—— tenui in pulvere ſulcos
Ducimus, & littus ſterili verſamus aratro.

Via hæc olim tentata nihil profecit; Colloquia aſperarunt morbum, non mitigarunt. Valet conſilium datum in Idearum regione, hîc jubetur valere. Per rationem ſtatûs fieri non poteſt, ut condeſcendat Pontifex, Tridentina ſanctio novum ſubeat examen, Col-

 loquium

loquium, Synodus, totaque adeo pacis ineundæ ratio, iis ſe legibus accommodet, quæ præſcribuntur hodie. Nunquam ſi diſputando finienda eſt hæc controverſia, finietur; prius nos mundi oculus Sol deficiet, ac ſupremæ univerſitatis nocti, quam nox tam profunda novo alicui veritatis ſoli cedet. ita pacis nulla ſpes! Vetus querela à *Siſinnio* olim agitata apud *Sozom.* l.7,12. *Diſputationes hæ non ſolum, non tollunt aut reconciliant ſchiſmata, ſed Hæreticos præterea magis ad contentiones accendunt, idcirco vitandas omnino ſuadeo, teſtesque ſacrorum adhibendas tantum τὰς ἐκδόσεις τῶν παλαιῶν, formulas fidei à veteribus traditas.* De Colloquiis in Gallia inſtitutis ſcribit Johan. Lætus comp. hiſtor. univerſal. pag. 578. *Iudem hoſtes non mitigati, ſed acerbati.* Et de Colloquio *Montisbelgardenſi* p. 682. *exitus erat, ut controverſiarum quæ ſepultæ credebantur, acrior quàm antea, renovaretur memoria.* Compoſitio pacis *Dilingana.* c.4.q.19.n.6. citat verba è Receſs. Com. an. 1566. So iſt vergeblich von anſtellung eines Colloquii, national oder general Concilii, oder auch dergleichen Zuſammenkunfft zu reden/ dann was durch ſolche weg vor nutz geſchaffen / vnd wie man dadurch nur weiter von einander kommen / viel newe diſputationes erweckt / vnd die Gemüther mehr gegen einander ſind verbittert worden / das hat die

Erfah-

Erfahrung geben. *Quid*, inquiunt (verba ſunt *Parei* in veſtibulo Irenici pag. 4.) *tot profectum eſt ſcriptionibus, quas decem nemo plauſtris ad tertium lapidem provehat, & quarum huc uſque nec modus, nec finis fuit ullus? Quid tot profuere diſceptantium Theologorum Colloquia atque litigia: niſi quod infeſtioribus ſubinde animis diſceſſum eſt, quam fuerat conventum, & acerbioribus dehinc ſcriptis lites de litibus fuerunt ſata & cumulata, vulnera Eccleſiæ non ſanata ſed exulcerata magis.*

§. 7. Ita quidem regerunt, qui lucem fugiunt, cœleſtia Conſilia rationis carnalis libramentis metiuntur. Repeto, quod ſupra monitum, in hoc ſeculo non poſſe omnes controverſias ita ſolutiſſimè expediri, ut adverſarius λόγῳ ἔξω ſe ſubactum profiteri velit; nec omne fermentum ad ultimum uſque pulviſculum expurgari. ἦλθε Κύριος! cujus Elencho aliquid relinquendum, qui venturus eſt, ἐξελέγξαι περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ᾽ αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Jud. ep. v. 15.

§. 8. Nego deinde, ſemper nihil eſſe effectum. In Colloquio Montisbelgardenſi liquidatus eſt Status controverſiæ, ut conſtiterit, (vide Colloq. p. 330.) Warinnen wir einig oder noch vneinig ſeyen. Demnach verhoffe ich / inquit D. Andreæ pag. 336. daß die Zuhörer nunmehr auß dem gehaltenen vn-

ſern freundlichen Geſpräch / wo nicht mehr / doch dieſen Nutzen empfangen haben / daß ſie nicht allein vernom̃en vnd gnugſam verſtanden / was jedes theils eigentliche vnd beſtändige Meinung vnd Lehr ſeye / ſondern auch / welches theils Lehr in Gottes Wort gegründet / oder demſelben zuwider ſeye. plus profeciſſet continuatio, citius abrupta. *Oſiander* in Cent. ib. l. 4. c. 33. p. 1039. *In quinto* ſcribit *Articulo* (*qui eſt de Templis & Imaginibus*) *utriusque partis Theologi ita conſenſerunt, ut res illas, de quibus agitur, adiaphoras eſſe cenſerent: modo omnia ad Eccleſiæ ædificationem & idololatriæ prohibitionem dirigantur, &c.* *D. Sigvvart.* in admonit. de Iren. l. 1. cap. 4. pag. 29. *Alterum*, inquit, (nimirum Mompelgardenſe Colloquium) *fuit ſane detectio adoleſchias Sophiſtarum, ſed Adverſariorum imo non tantum adoleſchias* (*quod adhuc exiguum eſſet*) *ſed plurimorum abominandorum dogmatum, quæ hactenus in orbe Chriſtiano ab homine Chriſtiano vix erant audita, nec facilè fides ei adhibita, qui illa de Calvinianis ſparſiſſet: Cujusmodi ſunt de lapſu Protoplaſtorum, quod ipſos oportuerit peccare, ut locus eſſet miſericordiæ Dei: de cauſa damnationis, quæ peccatum eſt, quod Deus hanc cauſam gradatim ordinavit: de infantibus in quorum plurimos, ſimul atque nati ſunt, juſtam iram ſuam Deus exerceat, de impijs, quod ipſorum pertinacia ſit neceſſa-*

*neceſſaria, &c. Taceo blaſphemias de perſonâ Chriſti, ejuſque merito: de Cœnâ Domini: de Prædeſtinatione &c. Quæ quidem omnia prius in ſinu Calviniſticæ doctrinæ delituêre, per iſtud vero Colloquium in lucem ita producta ſunt, ut omnibus, quibus Orthodoxa veritas curæ ac cordi eſt, rectius dijudicari faciliusque devitari poßint. Et quidẽ non alia ſuberat cauſa, propter quam adverſa pars per ſupplicem libellum ad Illuſtrißimum Principem Fridericum, adornatum, recuſavit collationem de Prædeſtinatione, niſi metus detectionis execrandorum ſuorum dogmatum? Quid enim aliud volunt ipſorum verba, deprecationi inſerta: quod ſine gravi offendiculo in cœtu publico de ea diſſerere non poßint?* Et mox: *Annon Samuel Mayerus Senator & Legatus Bernenſis, ipſe tum apertè confeſſus eſt noſtræ parti, ſe in iſto Colloquio à Beza audire, quæ in auribus ſuis ſint audita nova? Longè enim aliter Bernæ de his controverſiis diſſeri quam nunc audiat. Annon Calviniani iÿ, qui ex Gallia huic colloquio aderant, Theodori Bezæ vanitatem manibus quodammodo palparunt? Nam cum prius ab iſto ſuo Anteſignano, aliÿsque Calvinianæ ſectæ Doctoribus perſuaſi eſſent, ex noſtrâ parte de eſu carnis Chriſti doceri, Capernaiticam maſticationem & cyclopicam lanienam (quæ ſola illos hactenus ab uſu Cœnæ in Eccleſiis noſtris deterruerat) jam in hoc Col-*

*loquio audiunt publicè, partem noſtram plusquam vicies à Beza poſtulare, ut unam duntaxat literam in Lutheri, Brentÿ aliorum Auguſtanæ Confeſſionis Theologorum ſcriptis demonſtraret, quod doceant, Cœnam Chriſti, dentibus, inſtar vitulinæ carnis dilaniari, per guttur in ventriculum trajici, & in ſtomacho concoqui, prout hactenus calumniati fuerant Adverſarÿ, &c. Bezam vero penitus obmuteſcere, & verba ſua ſuorumque, ne una quidem litera, verificare poſſe? Vnde etiam à noſtrâ parte propter illud falſum teſtimonium & turpiſſimum mendacium ad tribunal DEI vocatus fuit, ut qui noſtrarum Eccleſiarum Doctrinam non modo per totam Galliam, ſed in multis etiam alÿs Regnis hac in parte ſuſpectam & exoſam reddiderit.* Conſilia prudentiæ non ſunt ex eventu æſtimanda. Der Raht iſt offtmal gut / ob ſchon das Glück nicht gut; bloß diſputirn, vnd förmlich diſputirn, ſeind zwey ding. Daß ſich das Colloquium zu Worms vor nunmehr 100. Jahren Anno 1557. zwiſchen den Evangeliſchen vnd Papiſten zerſchlagen / iſt geſchehen auß jener heimiſchen Vneinigkeit / dieſer Halsſtarrigkeit / wie zuſehen bey Oſiand. Cent. 16. l. 3. 28. Daß zu Toruen newlich nichts fruchtbarlichs außgerichtet worden / iſt geſchehen/weil vnter dem ſchein Colloquii caritativi die Päbſtiſche autorität ohn diſputat vnd abbruch zuerhalten/

ten/ohn förmlich diſputat die Sach zuführen/ vnd alſo colloquiren ſine Colloquio geſucht worden. Man räume die Fehler vnd Mißbräuch auß dem weg / was gilts die Mühe wird nicht vergebens ſein? Gleich wie Scorpion ſtich mit Scorpionöhl wiederumb kan geheilet werden: alſo was durch vnförmlich vitios diſputirn vor Zeiten verſehen worden/ muß durch rechtmäßig wohl formirtes diſputiren corrigirt vnd verbeſſert werden / vnd ob ſchon in etlichen vor alters gepflogenen dergleichen Geſpräch der Zweck nicht vollkom̄en/ auß angeregten vrſachen / erreicht worden/ ſo ſind doch ſehr gute vnd der Chriſtlichen Kirch wohlbehägliche Früchte darauß erwachſen / nemblich die production vnd Eröffnung der vorhin dunckel gehaltenen Lehren / die eigentliche Gemüthserklärung vnd Hinlegung deß Mißverſtands/ die liquidatiō deß Streitſtandes / worauff derſelbe nunmehr eigentlich beruhe/ SalveRef.p.870. Tum accuſo nō ἀποτυχίαν ſed ἀταξίαν diſputandi. Infeliciter ſæpe diſputatū eſt, quia infideliter. non tamen ideo deſerenda bona cauſa, quia aliquando infeliciter pugnatum eſt. Tyrannus non raro bonam cauſam preſſit, & Judicis ſubleſta malitia conculcavit, an ideo nunquam ampli⁹ vindicanda, aſſerenda? Equidē non cedit ſemper durities mentis uni alterive ictui; cedit iterato. Fieri poteſt ut bis

terve elenchi ultro citroque permutentur, tandem tamen vincit Alethea, & epiſtomium ſequitur, cum vadimonii deſertio ſequitur. ſi ſpes decollat, colloquii eſt ἀποτυχία non ἀδικία. Calleat Arithmeticam qui vult calculos ponere; ita dialecticam, qui vult gladium verbi tractare,

§. 9. Produco denique exempla victoriarum, poſt CHRISTUM Gentiumque Doctorē in poſlemoſophiâ productos, S. Stephani, cui nemo potuit ἀντιστῆναι. Act. 6, 9. Confer Luc. 21, 15. ἀντιστάσει ſc. logicà, poterant phyſicâ; nemo ἀντιστάσει victrice, at poterant luctatrice. Victorias Auguſtini de Fortunato Manichæo, Emerito Donatiſtâ, Vincentio Victore Rogatiſtâ, Leporio Pelagiano tetigit Salve Reform. adde de *Paſcentio Ariano*, cum Auguſtinus quæſitus eſſet, *an doctrina Catholica de conſubſtantialitate Patris & Filij in S. Scripturis contineatur*, *à Paſcentio* Comite Adriano ad publicam diſputationem coram *Laurentio* V. C provocatus eſſet, Paſcentio id negante; Ipſe omnino eam ſcripturis contineri in diſputatione tantum evicit, ita ut Laurentius, quem Judicem hac de re Paſcentius dederat, ſecundum ipſum pronunciaret. Inſtar omnium eſt collatio Carthaginenſis, cujus compendium exhibuit Salve Reform. pag. 850. Victorias Attici Epiſcopi Conſtantinop. contra Pelagium, Cœleſtinus

leſtinus in ep. ad Neſtor. in actis Concil. Epheſ. memorat. adde Victorias *Lutheri de Papâ*, Spiritu oris Chriſti ſic enervato, ut ſtet quidem adhuc majeſtas Papalis, ut ſtatua & ſimulachrum, ſuffultum brachio ſeculari, tibicine Loiolæo, πολιτεύμασι, αἰνίγμασι, reconditis Imperii arcanis, juribus dominationis, rationibus Statùs, ut Politici appellare amant: at fulmina obbrutuere; formidabilia olim ſummis Regibus. nunc hi formidabiles Papæ, niſi Politicâ verſutiâ res ſuas agat. Quanta ſit Papæ majeſtas hodie apud Janſenitas, necquicquam attonitos, dies docet. Inſtat dies ſummus, cum elevatus, ut cedrus Libani, non erit. Pſal. 37. 36. ſtirpitus conficiendus adventu Chriſti glorioſo. nimirum ut Sathan è cœlo lapſus eſt, tanquam ſtella, ejus regnum à Chriſto deſtructum, & tamen adhuc graſſatur in cœleſtibus. De *Zvvinglio* itidem pleroſq; errores revocante in Colloquio Marpurgenſi Audiatur Lutherus ipſe tom. 1. Isleb. pag. 529. Ihr möchtet vielleicht gerne wiſſen/was wir zu Marburg außgerichtet hetten. Auf daß jhr nun nicht im zweiffel gelaßen werdet/ vnd jhr auch den Läſterern köndet das Maul ſtopffen/ ſo will ich dieſelbige Handlung euch kürtzlich erzehlen. Wir haben keine Gefahr erlitten auff dem Wege/ vnd hat GOtt in dem ewer Gebett erhöret / darfür jhr ſollet jhm dancken/ denn es hat vns beſſer gegangen / denn wir gehoffet hetten. So haben ſich vnſere Widerſacher ſehr freundlich vnd demühtig gegen vns geſtellet / mehr denn wir meineten. Denn ich dachte ſelber / wir würden eitel harte Steine alda finden / aber GOtt gab Gnade / daß ſie ſich demühtigten/ vnd ob Gott will/ ſo wird nun jhr hoffärtiges ſchreiben wider vns ein ende

ende haben. De peccato originis ſind wir einig/ ꝛc. Sonſt haben ſie ein Stück 6. oder 7. willig eingeraumt vnd eingangen / als von der Kinder Tauffe/ von der Iuſtification, Nutz vnd Brauch deß Abendmahls / vnd ſtimmen in dieſen ſtücken Gottes Wort mit vns vber ein/ vnd ſind von jhrer vorigen Lehre williglich abgetretten / vnd geben zu daß man im Sacrament Glauben vnd Troſt empfahe. Aber daß alda ſey warhafftig vnd leiblich Chriſti Leib vnd Blut/ das können ſie noch nicht glauben. Vnd haben ſo viel vermerckt / wenns bey jhnen ſtünde / ſo hetten ſie es nachgeben / vnd haben jhre Reden alſo gelautet / hette man das Bier wieder im Faße / ſo würde mans nicht anzäpffen. Aber dieweil ſie einen gemeſſenen Befehl gehabt von den jhren / ſo haben ſie nicht zu ruck gekönt. Brüderſchafft aber haben ſie von vns begehret/ die haben wir jhnen auff dißmahl abgeſchlagen / vnd nicht zuſagen können / denn wenn wir ſie für Brüder vnd Schweſter annehmen / ſo müſten wir verwilligen in jhre Lehre. Wie wohl man dieſes Abſchlagen nicht gerne geſehen / vnd für gab/ man ſolte die Liebe gegen jhnen erzeigen / biß ſie Gott auch wieder herzu brächte / denn wir auch vnſere Feinde lieben ſolten. Nun wer es vbel außlegen will/ der mags thun / wer auch mehr außrichten kan/ der richte es auß. Sie bleiben auff jhrer meinung/ Gott wolle ſie erleüchten/ wie wohl ſie ſich flicken vnd ſchmücken / vnd nachgelaßen haben/ das ſie nicht verleugnen / daß nicht der wahre Leib vnd Blut Chriſti da ſey/ welches denn lautet/ gleich als hielten ſie es mit vns. Sie bekennen daß die zum Abendmahl gehen/ nieſſen alda warhafftig deß Leibs vnd Bluts Chriſti / aber Geiſtlich/ daß ſie Chriſtum im Hertzen haben/ Leiblich zu genießen/ das wollen ſie nicht zulaßen/ das haben wir auff jhr Gewiſſen geſchoben. denn wir haben Gottes Wort vnd den Text für vns / den ſie nicht haben. Darumb ſiehet die Sache in einer guten hoffnung. Ich ſage nicht daß eine brüderliche Einigkeit ſey / ſondern eine gütige freundliche Eintracht / daß ſie freundlich bey vns ſuchen / was jhnen feilet/ vnd wir wieder jhnen dienen. Wo jhr nun werdet fleiſſig betten/ wird ſie auch brüderlich werden.

Victorias *Taufreri* de Piſcatore in materiâ prædeſtinationis & reprobationis; *Dorſchei*

de

de *Zvvingero.* nemo hactenus contra hiſcere eſt auſus. *Theologorum Darmſtatinorum* de Caſſellanis in fundamentali deductione. Quis hactenus contrà mutiit? *Horneij* de Gretſero in materiâ de Scriptura S: quis os contra? *Alethea victricis* in Vale Triumphali de Cornæo Loiolita (ejusque ferocientis cornibus decuſſis) Ripſaſpide, ut qui plurima pulicio quaſi ſaltu transmiſerit, ſophiſmata futiliſſimè conſtrinxerit; tandem vadimonium deſeruerit; crepitu Pasquillivomo, ut ſolet Diabolus, poſt ſe relicto: De onirocritis Walenburchiis, de Sacerdote Colonienſi, de Valeriano Magno Capucino, de Borthenio. Ideâ ſc. mali diſputatoris. cecidit cauſâ quam erigere nequit; aut ſi poſſit, cogendus ut faciat.

Nec abludit *Auguſt. Gibbon.* de *Burgo.* in tract. de Luthero-Calvin. ſchiſmatico reconciliabili. diſp. 4. q. ult. p. 330. Non diffitemur ex ejuſmodi Colloquiis ac diſputationibus aliquem fructum, etſi non in adverſarios, utpote variis paſſionibus ac præjudiciis occupatos, in alios tamen auditores, quorum DEVS tangit corda, reſultare. Quinimo ad minimum mitigatur furor ipſorum diſſidentium vim noſtrorum fundamentorum agnoſcentium. Præterquam quod Verbum DEI ad Zeloſos Prædicatores aut Diſputatores non redit vacuum. Quia ſi cui diligentia medicinæ non prodeſt. (S. Auguſt. l. 1. contra Creſcon. cap. 5.) ſufficiat ad rationem DEO reddendam, quod non ceſſavit impendi. Sicut enim malignus ſuaſor peccati, etiamſi non perſuaſerit, meritò pœnam deceptoris incurrit, ita fidelis juſtitiæ prædicator, etiamſi ab hominibus reſpuatur, abſit, ut apud Deum ſui officii mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertum. Incertũ autem dico non præmium facientis ſed animum audientis. Incertum

certum eſt enim nobis, utrum aſſenſurus ſit, cui veritas prædicatur; ſed certum eſt etiam talibus veritatē prædicari oportere, &c. Quapropter non fruſtra admonemur. 2. Timoth. 4, 2. Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, in omni patientia & doctrinâ. Agnoſcimus igitur nonnullas utilitates Colloquiorum, quæ oblata occaſione, utpote de victoriâ certi, non recuſamus, eorum tamen inefficaciam ad unionem redintegrandam, ſeu pacem ineundam, non ſine dolore ſæpe ſumus experti. Hinc quidam exercitatiſſimus, ac ſapientiſſimus controverſiarum fidei Pugil, in ſua circa pacem religioſam, fictà veraque propoſitione prope finem, excogitavit aliam viam; nempe ut duo Principes, alter Catholicus, alter Lutheranus vel Reformatus, ſinguli virum deligerent, quem ſcirent pacificum, modeſtum, benignum, & in controverſiis exercitatum, quibus injungerent, ut per amicas literas inter ſe de tollenda ſeparatione deliberarent; nec alter alteri ullas literas mitteret, niſi antecedenter, vel ab ipſo Principe, vel ad ipſius mandatum examinatas, ne quid fortè continerent, unde charitas offenderetur vel ad rem propiùs non accederetur. Paulo poſt: Ab his, inquit, una ſola quæſtio tractanda eſt: An Lutherani vel Reformati habuerint juſtam cauſam ſeparationis ab unitate & communione Eccleſiæ Catholicæ? Hic ſane modus valde aptus mihi videtur; Eſtque ad mentem D. Auguſtini Epiſt. 161. ubi putat ſatius fore, ſi aliquando cum hæreticis non coram ſed per ſcripta diſceptemus & ideo valdè laudat Honoratum Epiſcopum Donatiſtam, quod de fidei rebus litteris agere voluerit; Vbi, ut inquit, nullus turbarum tumultus perturbare poſſit diſputationem noſtram. Et Epiſt. 172. ad Criſpinum Donatiſtam ita habet: Rumor ad me detulit adhuc te velle mecum diſputando experiri de quæſtione, quę noſtram dirimit communionem. Vide quàm breviter omnes auferantur ambages. Ad hanc Epiſtolam reſponde & fortaſſe ſufficiet non ſolùm nobis, ſed & eis qui nos audire deſiderant. Aut ſi non ſufficiat ſcripta atque reſcripta, donec ſufficiat repetentur, &c. Ego enim ſtatui nihil de hac re agere vobiſcum, niſi per literas. hæc P. Auguſt. Verum enim vero, ſi mihi liceret, quod ſentio in hac re dicere, judicarem (ſalvo ſemper meliori judicio) conſultius fore; ſi per ipſos S. Romani Imperii Principes hæc

compo-

compoſitio politicè tentetur: Ita ut unus aut duo Catholici Principes & totidem Prædicantes antea boni amici & ſibi familiares, viri prudentes, pacis amantes, & non omnino illiterati, in loco aliquo indifferenti conveniant, & de negotio hujus ſchiſmatis tollendi amicabiliter tractent, diſcutientes ſuprà adductas quatuor conditiones, quas D. Calixtus videtur olim petiiſſe. Debent autem penes ſe habere aliquos Theologos tum Catholicos, tùm Luthero-Calvinicos; paucos tamen & modeſtos, pacificos, doctos & zeloſos, ſine quorum Conſilio Principes pergere non debent. Forte juvabit ruminare motiva, ob quæ Lutherus ſe primùm ab Eccleſiâ Catholicâ ſeparavit.

§. 10. Tùm *comparatè*, in reſpectu ad alia pacis conciliandæ inventa. quaſcunque alias vias & rationes conciliandæ pacis finxerunt è Papæis Walenburchii, Henrici, alii: è Reformatis Pareus, Bergius, Duræus; illæ omnes ſunt controvertibiles ac eodem gladio examinabiles: meris conſtant poſtulatis, quæ is, cui pax offertur, non tenetur admittere, niſi arguméntis convincatur, admitti oportere. Ipſe *Syncretiſmus* quid eſt niſi pomum eridos? quem alibi definivim' medium pacis metu hoſtis extranei coactum, conſtans dialyſi καὶ συςάσει. Hinc διαλύσει τῶν συςασιαςῶν diſſolutione conſpirantium in ſeditione; Jllinc συςάσει diſſolutorum. Ita enim *Plutarchus* περὶ φιλαδελφ. p. m. 879. interprete Xylandro part. 2. moral. p. m. 278. πολλάκις ςασιάζοντες ἀλλήλοις καὶ πολεμȣ̃ντες, ἔξωθεν ἐπιόντων πολεμίων διελύοντο καὶ συνίςαντο. καὶ τȣ̃το ἦν ὁ καλȣ́μενος ὑπ' ἀυτῶν Συγκρητισμὸς. *Crebris ſeditionibus*

*bellis-*

*belluq; civilibus exagitati Cretenſes, extrinſecus adventantibus hoſtibus in pacem & ſocietatem coiverunt. Is enim erat, quem appellabant ſyncretiſmum.* Ita porci (declaratio eſt Cornelii à Lap. ad Syrac. 25. p. 45.) aliàs ſtupidi & de glandibus inter ſe morſu certantes, ubi tamen lupum vel hoſtem vident, illico in triangulum ſeſe diſponunt, ac robuſtioribus in prima acie collocatis, cuivis invadenti ſunt formidabiles. Quem plerique pacificatores cum de ſe depellunt, definitum negant, manente definitione. abhorrere videtur *Thomas Henrici*, in Irenico è Papæis, ſed in illum ipſum incidit cum metum hoſtis extranei Turcæ inſuſurrat p. 17. pro διαλύσει contendit, cum τὸ DIVIDE ſuadet, ut regnet, ut ſecure ac impunè graſſetur in ovile, cuſtode remoto; quem ut canem rabioſum, horrendorum errorum manifeſtarium, ut antiphoniâ Confeſſioni Auguſtanæ adversâ infamatum proſcindit, ac ovibus inviſum reddere conatur. pro συστάσει & conſociatione cum Eccleſiâ Romanâ, cum ſymphoniſmum jactat. Es ſey die Römiſche Kirch mit der Augſpurgiſchen Confeſſion in den fürnembſten Glaubens-Articklen einig (oder faſt einig p. 393.) vnd deſſentwegen / wer in denſelben der Römiſchen Kirchen zuwider ſein will / auch mit der Confeſſion ſtreiten müße. Jam ſi quis hoc pacis

medium

medium in controverſiam revocet, tanquam nec optimum, nec poſſibile, nec facile, adeoque circulo vertiginatum; renavigabit profecto navis ſyncretico Irenica ſub ſigno cancri in abyſſum, unde prodiit.

§. 11. Sunt inter Papæos recentiores qui leonina tantiſper ſepoſitâ vulpinam induerunt, ac pacis inſtrumenta aleæ ſubjecerunt, poſt *Walenburchios* depulſos, poſt *Ioh. Maſenium* meditatæ concordiæ auctorem, à ſuismet ac nominatim à *Laubenberg.* p. 185. exſibilatum. Hab demnach folgendes Bedencken: 1. daß Maſenius einen ſolchen vnd nicht vielmehr dieſen Titul gemacht: Reformatio modernorum Proteſtantium, ex ſolâ Aug Conf. ſive ex ſolo verbo DEI, ſecundum Normam, & Regulam, Auguſtanæ Confeſſionis, denn ſonſten ich / meinen eigenen Catholiſchen Glauben ſelbſten / auß Gottes Wort / müſte reformiren, das iſt deformiren, ſuppoſitâ veritate, daß es die Augſpurgiſche Confeſſion, in allen Glaubens Artickeln / mit der Römiſchen Kirch halte. 2. daß Maſenius die Augſpurgiſche Confeſſion, nicht im verſtand der Pacification, ſondern der Proteſtirenden Privat Scribenten genommen. Dann gleich wie wir Catholiſche / durchauß nicht geſtatten / daß man vnſers Glaubens Außlegung / auß einigem Privat Scribenten nehme / vnd vns darnach vrtheile vnd richte / ſondern

ſondern allein auß dem H. Trientiſchen Concilio. Eben auch alſo/ſollen wir Catholiſche/ von der Augſpurgiſchen Confeſſion, nicht auß dieſes / oder jenes Privat-Scribenten Vrtheil / ſondern allein der Augſp. Pacif. vrtheilen. 3. daß Maſenius im dritten Theil ſeiner Concordie eine ſo groſſe Mühe vnd Arbeit/ auff der Calviniſten / vnd nicht vielmehr die Augſp. Conf. angewendet; Sintemahl jene bey weitem nicht ſo groſſe Authorität hat / als dieſe / welche im Religions-Frieden begriffen. 4. daß Maſenius nicht ein kurtz Compendium gemacht/ vnd die Reformirte zugleich vnter die Augſp. Conf. geſetzet/ welches doch hoch nöthig / davon in meiner Religions-Union. 5. daß Maſenius ſo weitläufftig erwieſen / 1. daß vnſer Römiſche Glaub/ der Heil. Schrifft 2. der erſten Apoſtoliſchen Kirchen vnd heiligen Vättern / gemäß ſey; Sintemahl es die Augſp. Confeſſion gar gern bekennet/vnd im geringſten nicht diſputirlich machet. Hette dieſes Maſenius, ſambt andern Catholiſchen Scribenten / bißhero in acht genommen/hette man gar wohl/ alles ſolchen mühſeligen Schreibens / entrathen vnd mit geringer Mühe / zur völligen Religions-Union, ſchon längſten gelangen können. Quantum enim eſt, quod poſtulat, nefas? *Primò* inquiens *in præmunit. 2. q. 2. hoc toto orbe, ac tot pene, quot vulgarunt de fide ſcri-*

*ptis*

*ptis polemicis millies ac ſæpius profitentur, ſe ex verbo DEI ſcripto reformationem Eccleſiæ aggreſſos eſſe, in eoque velle perſiſtere, nihil recuſare, quod ex illo aſſeritur, amplecti & admittere in claro obvioque ſenſu omnia, quæ ad fidem inde ſalutemque eruuntur. Euge quod profitentur, hoc præſtent, & propoſitas à nobis claro in ſenſu ſententiaque ſcripturas, quemadmodum, & vetus & moderna facit Romanorum Eccleſia, accipiant, & pax concordiaque nobiſcum futura eſt. Aliud in præſenti tractatu, neque ſpectamus, neque poſtulamus, quàm ut productas per ſingulos articulos in §. I. Scripturas, ſuæ, citra ullam interpretationem aut fallibiles diſcurſus conſequentiasque, ea qua proponimus nuditate ſententiæ, inſerant, ut non homo ſed Deus nobis tantum in illis loquatur. hoc dilemmate argumentum totum complector: vel poſſunt Lutherani ſolis S. Scripturæ verbis exhibere ſuæ religionis articulos: vel non poſſunt niſi admiſſâ ſimul interpretatione aut ratiocinatione humanæ & verbis hominum. Si illud poſſunt, hoc eſt quod pure atque incorruptè exigimus, noſtroque hoc opere perficimus. Si non poſſunt. E. fateri debent, non ſolis verbis, ſententiaque divina ſe hanc reformationem aggredi, tenenturque proferre reformationem hanc, prout illam ex ſolis S. Scripturæ verbis proponimus. Niſi hanc reformationem amplectantur, non tantum*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/117
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*ſuam produnt hæreſin, ſed ne quidem rationis ſeſe humanæ ſatis eſſe compotes, aut ſanæ mentis declarant. Vt qui propriæ obliti profeßionis, modo negent ac reſpuant, quod hactenus, tanquam fundamentum ſuæ fidei conſtanter tuiti ſunt: videlicet Scripturam S. tanquam normam & judicem controverſiarum, velut ex ore DEI prolatâ ſententiâ, ſolam audiendam eſſe. Hoc igitur ſi nunc detrectare incipiant, manifeſtam læſæ mentis produnt vertiginem, idemque quod volunt, abnuunt, diffitentur quod profeßi ſunt.* Quid eſt calumnia ſi hæc non eſt? quis Noſtratium unquam ſcripturam inorganicam, inermem, inexplicatam pro normâ habuit? quis fontes propinavit ſine ſiphunculo & anthliis? Quid eſt anakoluthia ſi hæc non eſt? ſcriptura ſola non eſt audienda ſine indagine veri ſenſus: Ergo ſenſus Papæus admittendus: quaſi nullus alius eſſe ſenſus poſſit quàm Papæus: Quid eſt ſcrutinium ſcripturæ, tam impenſe à Domino præceptum, omnemque didacticam Miniſterii ſubvertere, ſi hoc non eſt? Habeat ergo ſibi telum lethiferum, quod in pari Crellio Anti Trinitario intorſit *Petavius* tom. 2. Theol. dogm. l. 3. c. 3. n. 7. pag. 260. *Hoc volo prius nobis explicet* Crellius (Maſſenius) *quid iſtud ipſum putet eſſe, dici aliquid à Scripturâ, ac nominatim in ea comprehendi? An ſic exprimi, ac concipi, ut*

formam

formam ipſam contineat enunciationis, hoc eſt eos, quos vocant, terminos invicem copulet, & unum ineſſe dicat alteri: veluti, Deus eſt omnipotens, Deus eſt bonus. An ſit hoc ſatis, tametſi disjunctæ ſint enunciationis partes, ex ipſo tamen orationis contextu, ac ſerie repeti illas. inter ſeq; connecti. Horum ſi prius affirmet, cauſſæ nihil erit, quin pleraque fidei dogmata, ſine ſcripti auctoritate, abs ſe recipi fateatur. Vbi enim hoc legit DEVM eſſe incorporeum; cum ejus contrarium potius præ ſe ſcriptura ferat? Vbi, Deum ex nihilo creaſſe omnia? Nam creandi vox non ex nihilo aliquid facere propriè ſignificat; & paßim in divinis literis, pro ea productione ſumitur, qua ex alio aliud efficitur. Vnde illud Auguſtini Tract. V. in Iohannem: Quomodo creavit Mariam, & creatus eſt per Mariam, ſic dedit baptiſmum Ioanni, & baptizatus eſt à Iohanne. Vbi, quod impiè idem affirmat, Chriſtum eſſe creaturam? Vbi, Chriſtum non ab omni æternitate, ſed certo demum tempore extitiſſe? Neceſſe eſt igitur poſteriore modo ſufficere dicat contineri aliquid in libris ſacris, ut pro expreſſo teſtimonio illorum habeatur. At hoc modo neque horrenda illa & nefaria, quæ cum ſuis gregalibus ſolus credit, probare poteſt è ſcripturis: & nos, Deum eſſe Spiritum Sanctum, belle, aperteque demonſtravimus in libro ſuperiore. Velut ex Actorum capite V. 3. ubi Spirirus Sanctus nominatur DEVS,

*ſummo omnium veterũ conſenſu, cujus ibi permultos teſtes adduximus. Itidem & ex alijs locis tum ſingulis, tum inter ſe comparatis. At enim, ad omnia illa teſtimonia habent adverſarij quod reſpondeant; nec ullum eſt, quod non aliter ac volumus, interpretari poßint. Quid tum? An ſic demonſtrari neceſſe eſt omnia* Chriſtianæ Religionis *dogmata è ſacris* Literis, *ut illa ipſa, quæ ad probandum afferuntur earum teſtimonia, aut aliter ab contentioſis hominibus intelligi queant; aut à quibusdem etiam veteribus citra contentionis ſtudium, explicata non fuerint? Credo vel ullum ab adverſarijs allatum ſcripturæ locum, quo decreta ſua, & opiniones probare ſe dicunt, qui non modo aliorſum, ac volunt, trahi poßit; ſed non etiam à pluribus, ijsque præſtantißimis ex omni antiquitate ſit acceptus.*

§. 12. Tres potiſſimum pacificatores novitii ſua Inventa in lucem dederunt: quorum primus, *Lutheranos* ( nam quid ad nos alii allophyli, ipſi ætatem habent ) teneri ad pacem cum Romanâ Eccleſiâ reduniendam, contendit D. *Auguſtinus Gibbon de Burgo, Hibernus. Ord. Erem. S. Auguſt. Profeſſor Erfurtenſis in tract. de Luthero-Calviniſmo ſchiſmatico quidem ſed reconciliabili.* Alter conatur evincere Lutheranos debere cum eadem Romanâ conciliari, eò quod illi non ſint adverſi ſed concordantes: Is eſt

D. Tho-

*D. Thomas Henrici Epiſc. Chryſopol. Epiſc. Baſil. Vicarij in Irenico Catholico.* Tertius *Timotheus Laubenberger*, religionis Romanenſis & Lutheranæ unionem, è ſolâ Auguſtanâ confeſſione ejusque conciliaturâ, in ipſis comitiis peractâ, Colloquio tanquam inſtrumento pacis jam dum conciliatam jactat, im Catholiſchen Danck dir Gott! omnes, in eum quem declinant, gladium ſpiritus neceſſariò incurrẽtes, niſi velint inſano ac infrunito auſu, quicquid à ſe decretum fuerit ab omnibus ἀπαραβάτως teneri. Non ſunt profectò oracula, quæ Irenici illi è tripode canunt: non Sacramenta quæ muſſant: non Evangelia quæ narrant. ſuſpectæ merces ſunt quæ ſe probare non ſuſtinent. Zelus fortis armati, quo atrium ſuum tuetur, non eſt è cœlite luce, ut ad ejus tactum, noſtra cera ſtatim diffluat. Singula eorum placita & ætemata ſigillatim ad examen revocare, nec præſens inſtituti ratio ſinit, nec vacat, nec neceſſe eſt actum ab aliis agere. Jener Schaffhund ſagte / er müß ſeine Zähn auff den Wolff ſparen / dann der Hündlein meffren / pellen vnd zwacken werde jm doch wenig ſchaden thun / apud Mattheſ. in Syrac. 22. pag. 146. Hîc verò id unicè demonſtrandum, ſine dialogiſmo nihil illorum heurematum obtineri ac evinci poſſe; manere conſequenter *gladium ſpiritûs* in ſuo gradu & elogio τῦ καλλίςυ.

§. 13. *Gibbonis* hoc eſt epicherema in compendiũ & nervum contractum. Omnis extra aſylum ſalutis Catholicum viſibile, h. e. Catholicam Romanam Eccleſiam veram, viſibilem, abſolutè indeficibilem, conſtitutus atque hinc æternùm periturus, tenetur ad ſolam Romanam Eccleſiam, diſpenſare dignantem in iis quæ tantum ſunt de jure Eccleſiaſtico, redire. Omnis Lutheranus extra aſylum &c. Ergo *quilibet* (diſp. 4. q. 1. §. ult. p. 265.) *cordatus, & de ſuâ ſalute ſollicitus, ad hujus gremium confugere tenetur, tanquam ad ſecuriſſimum portum, extra quem nulla ſalus, nulla peccatorum remiſſio. Eja ergò chariſſimi in Domino Neo-Evangelici, cum hâc faciliùs & conſultiùs unionem injuſtè diſſolutam redintegrare debetis.* Et ib. qu. 2. §. 1. p. 271. *Manifeſtum utriusque generis Proteſtantes, ſuorum errorum nullâ expectatâ condonatione, ex Iuſtitia teneri ad redintegrandam unionem cum Eccleſiâ Romano Catholicâ: imo ſua privata dogmata judicio S. Matris Eccleſiæ corrigenda ſubjicere, dum quia dicta unio injuſtè fuit diſſoluta. Tum etiam quia notæ veræ Eccleſiæ, extra quam nulla ſalus, ſoli Eccleſiæ Romano-Catholicæ quadrant.* De diſpenſatione & conniventia hæc habet idem *Gibbon* pag. 271. *Interim non deeſt modus excogitandus pro majori facilitate, ac ſuavitate hujus concordiæ ineundæ, ita ut Luthero-Calviniſtæ*

*niſtæ aliquibus dogmatibus, quibus ultra modum ſunt addicti, adhærere permittantur, modo in articulis creditu neceſſarijs cum Eccleſiâ Catholicâ conſentiant: In omnibus quippe quæ de jure ſunt divino, quæque conſequenter ab Eccleſia ſunt indiſpenſabilia, condeſcendere debent proteſtantes, & judicio Eccleſiæ Catholicæ acquieſcere. Verum in nonnullis alijs, quæ tantum ſunt de jure Eccleſiaſtico, connivere aut diſpenſare cum illis S. Mater Eccleſia ob commune bonum & tot animarum lucrum, poſſit. p. 312. Fortaßis tamen ad tam ſanctam Eccleſiæ unionem redintegrandam, & adverſariorum totalem converſionem, non eſſet inconſultum in hoc puncto (cœlibatus ſacerdotalis) adhuc diſpenſare. Quemadmodum permiſſum eſt Eccleſiæ Græcæ, ut ejus Clerici, tametſi poſt ſuſceptos ſacros ordines uxores ducere non poſſint, tamen jam uxorati Sacerdotes fiant, & uxores retinere valeant, à quarum uſu tantum tempore vicis ſuæ, non ſecus ac in Vet. Teſtam. abſtinere tenentur: Ita etiam S. Romana Eccleſia poßit permittere, imo & diſpenſare, ut miniſtri Luthero-Calvinici de facto exiſtentes, de novo (uti oporteret) veri ſacerdotes facti, uxores quas jam duxerant adhuc in Miniſterio retineant, iisque extra ſuas vices uti poßint, ſub conditione quod ad caulam Dominicam cum ſuis gregibus reducantur. Præſentibus autem Prædicantibus mortuis, alij deinceps ſacris ordi-*

*nibus initiandi, ad cœlibatum more conſueto adſtringi debuiſſent. Quo præmiſſo ſicut Græci admiſsi fuerunt ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ in Concilio Florentino, non obſtante violatione cœlibatus* pag. 327. *poſſe ſummum Pontificem alienare, & ſæcularizare bona Eccleſiaſtica, urgente & rationabili cauſa interveniente. Quia Principes Proteſtantes, præſertim in Germaniâ, nullatenus hanc unionem amplectentur, niſi bona Eccleſiaſtica, quæ per conditiones pacis poßident, illis à ſummo Pontifice denuo concedantur, & approprientur. Poſſe ſummum Pontificem alienare & ſeculizare bona Eccleſiaſtica, urgente & rationabili cauſa interveniente,* pag. 328. *Quia hæc alienatio cenſeretur in prudentum exiſtimatione fieri conſentiente ſeu non invito proprietario: Nam cum cederet in majorem Dei, ac Chriſti gloriam, in Eccleſiæ, cujus erant illa bona, manifeſtam utilitatem, nullatenus in prudentum exiſtimatione videntur tali alienationi intuitu unionis factæ reluctari. Nemo enim ſuo commodo refragari cenſetur. Nec fundatores, aut animæ defunctorum in Purgatorio detentæ, quibus ratione iſtorum bonorum ſuffragia, & ſacra debentur, prudentum judicio videntur reſiſtere; quia in majus ipſorum emolumentum dicta alienatio redundaret, nam refloreſcente denuo Eccleſiâ Catholicâ in partibus Acatholicis ad unionem redactis, plura ſuffragia perciperent*

*procul*

*procul dubio quàm de facto. Præterquam quod ſanctæ animæ charitate DEI ac proximi flagrantes, majorem DEI gloriam & fidelium ſalutem, quæ ex dictâ unione reſultarent, proprio commodo præferunt. Accedit, quod etiamſi ſummus Pontifex ſæcularizaret hæc bona Eccleſiaſtica, & res relinquatur diſcretioni ipſorum Principum Neo-Evangelicorum: procul dubio (uti decet) ſunt habituri piam conſiderationem erga ea quæ neceſſaria ſunt ad DEI cultum & gloriam. In ipſorum ditionibus Parochi (uti de facto, ita & redintegrata unione) habituri ſunt ſua jura & bona, & in locum ſuperintendentium eſſent ſubrogandi Archiepiſcopi & Epiſcopi, quibus Principes moderatos, honeſtos tamen redditus elargiri dignarentur, quibus decenter ſecundum ſuos ſtatus, ac dignitates vivere poßint: licet non tanquam Principes, uti olim, ſed ſicut in Italia & Gallia Epiſcopi vivere ſolent. Præterea indubiè reſtituerent ordinibus Religioſorum Mendicantium ſua antiqua Monaſteria cum cœmeterÿs & hortis adjacentibus, tametſi redditibus & agris denudata, ut ad ſuum antiquum ſtatum redeuntes promptiùs & majori cum titulo mendicare poßint. Denique Ordinibus ditioribus, utpote S. Benedicti, S. Bernardi, &c. ex multis Monaſterÿs quæ olim in illis Provincÿs habuerunt, aliqua ſaltem ſimul cum bonis (cum mendicare non poßint) congruum eſſet & æquum ut reſtituantur.*

tur.

*tur. Quo pacto ſine magno damno Principum, cultui divino, & Eccleſiaſticis cujuslibet Statûs, eſſet commodè utcunque proviſum.* hæc ille! Omnia *dubia*, *controverſa*, *demonſtranda.* *Dubia* ſunt & æquivoca 1. Tò extra viſibilis loci, inviſibilis fidei? Si illud extra intelligit, reclamabit converſus, vel iṁediate ex divinâ illuminatione juxta Taňerum, vel mediante ex SS. literarum lectione. Si hoc, poteſt admitti. 2. Tò extra priſcæ an præſentis Eccleſiæ? illius doctrina eſſe poteſt incerta ac illiquida, *id eſſe traditionem Apoſtolicam*, ait *Gretſerus* in defens. Bellarmini pag. 1713. *quod univerſa Eccleſia amplectitur & credit in præſenti ſcilicet.* hæc omnes, qui olim fuerunt Romanenſes, extra præſentem Eccleſiam, periculo damnationis exponit. Sunt deinde *controverſa* 1 Aſylo neceſſariam eſſe viſibilitatem, cum fides ipſa ſit inviſibilium & regnum DEI non veniat cum obſervatione. DOMINUS Davidi Aſylum fuit, an viſibile? Eidem neceſſariam eſſe veritatem: cum & in falsâ & ſubſtantialiter corruptâ Eccleſiâ poſſit eſſe ſalus ſaltem infantibus. Ezech. 16. ipſam deniq; indeficibilitatem abſolutā Eccleſiæ neceſſariā eſſe. at Eccleſia in arca Noahica fuit natura ſua deficibilis, quia defecit Cham, & quod huic potuit accidere, potuit & reliquis arcæ Colonis in ſenſu diviſo: num tamen illa

aſylum

aſylum non fuit? 3. *Romanam Eccleſiam eſſe veram & Catholicam.* Catholica eſt Eccleſia quæ initio in toto orbe plantata, paſſis ſemper ſinubus & reclinatis manibus univerſas undecunq; gentes recipere promta eſt, nec ſe Africæ angulo, Syriæ pomœrio, Romæ gurguſtio coerceri ſuſtinet: Quæ à paradiſo ad finem mundi uſque deducta non alium niſi πατρῷον, Patrium Deum, eadem quoad ſubſtantiam fide veneratur: quæ Catholico Prophetarum & Apoſtolorum concentui accinit. Si *vel* una ſolum *Provincia* (*Bellarminum* tuum audi) *retinet veram fidem, adhuc vere & propriè dicitur Catholica, dummodo clare oſtendatur, eam eſſe unam & eandem cum illa, quæ fuit aliquo tempore vel diverſis locis in toto mundo.* Hæc hujuſmodi de noſtra Eccleſiâ quæ Auguſtanam confeſſionem profitetur, demonſtrare, tam ſumus parati, quam qui paratiſſimi: Iactes interim licet nomen Catholiciſmi, ſed ita jactes ut Epheſij, magna clamarunt Diana Epheſiorum, magna Dea! vide Theol. conſc. part. 2. dial. 3. pag. 552. & ſeqq. Eſſe 3. Eandem Romanam abſolutè indeficibilem. reclamat Apoſtolus Rom. 11. 20. φοβοῦ! 4. *Eccleſiam Rom. diſpenſaturam eſſe.* Sic enim damnaret Concilia Conſtantienſe & Tridentinum. ac ſi vel maximè diſpenſaret, in conſequens eſt, in nonnullis extra fidem, noſtra Eccleſia ad unionem teneretur,

retur, ὅλως in omnibus aliis teneri. potuerunt in gratiam Judaicæ concordiæ gentiles abſtinere à ſanguine & ſuffocato. Ergóne etiam in repulsâ Jeſu-Meſſiæ. Denique controverſum eſt, probationes productas eſſe efficaces ac penetrantes: Itẽ teſtimonia noſtratium ac nominatim Lutheri rectè & bona fide adducta eſſe. Fuit cum ἐν αὐτοφώρῳ criminis falſi depræhenſus *Vetterus Loiolita* non tamen erubuit. v. Salve Reform. pag. 871. an conſequenter producta? Lutherus à Gibbone nominatus pag. 226. faſſus eſt *ſub Papatu multum Chriſtiani boni, imo omne bonum Chriſtianum eſſe, & inde ad nos etiam perveniſſe: Imo dico in Papatu veram eſſe Chriſtianitatem, imo verum nucleum Chriſtianitatis, & multos pios, magnosque Sanctos.* Ergo *Papat⁹ eſt vera Eccleſia.* perinde ac ſi colligas, in Lupanari fuit S. aliqua Virgo E. Lupanar eſt ſanctum: In & ſub Chaldæa vixit Daniel ſanctus. E. Chaldæa eſt ſancta. audiatur Lutherus ipſe tom. 7. Ien. pag. 179. Alſo iſt es den lieben Propheten allzeit gangen / daß ſie wohl zuplagt ſind / mit dem Schein vnd Namen der Kirchen vnd Gottes volck / ꝛc. Denn ſie haben allzeit damit jhnen widerſprochen / lieber laßt ſie ſagen / was ſie wöllen. Non peribit Lex à Sacerdote, neque viſio à Propheta, neque conſilium à Senioribus. Wenn tauſend Jeremie da ſtünden / ſo haben wir die

drey

drey Stück / die können vns nicht feilen. Die Prieſter ſo das Geſätz predigen / werden nicht vnrecht lehren / die Propheten ſo Gottes Wort haben / werden nicht falſch weiſſagen / vnd die Eltiſten vnd Weiſen (als der Raht zu Jeruſalem / vnd der König) die werden ja wiſſen / was man thun ſoll. Es iſt je GOttes Ordnung / daß die Prieſter das Geſätz lehren / die Propheten das Wort vnd Offenbahrung haben / die Herren Raht geben vnd regieren. Dieſe 3. müßen bleiben / wie ſie von GOtt gegeben ſind / darumb müßen das verdambte Ketzer ſein / ſo wider dieſe Stuck predigen. Was iſt aber nun die Wehre / vnd der Grund darauff wir mögen beſtehen / wider ſolche Ergernis / vnd vnſern Trotz wider jene erhalten? nichts anders / denn das Meiſterſtück / ſo St. Paulus gebrauchet / Rom. 9. vnd ſpricht / Es ſind nicht alle Abrahams Kinder / die da von Abraham gebohren ſind / Es ſind nicht alle Iſrael / welche alſo heißen / gleich wie man ſpricht / Es ſind nicht alle Köche die da lange Meſſer tragen. Alſo ſind nicht alle die Kirche / ſo den Namen der Kirchen rühmen vnd führen / denn es iſt offt großer vnterſcheid vnter dem Namen vnd Weſen. Alſo müßen wir auch ſagen / Ich glaub vnd bins gewiß / daß auch vnter dem Pabſtum̃ / die Chriſtliche Kirch blieben iſt. Aber dagegen weiß ich / daß der große Hauffe darunter / ſo das anſehen haben

für allen / die ſind es nicht / als jetzund vnſere Päbſte / Cardinäl / Biſchoffe / ſind nicht Gottes / ſondern deß Teuffels Apoſtel vnd Biſchoffe / vnd jhr Volck nicht GOttes / ſondern deß Teuffels Volck / vnd doch etliche vnter dem Hauffen ſind warhaffte Chriſten blieben / ob ſie gleich auch mit in den Irrthumb geführt ſind. (wie Chriſtus zuvor geweiſſaget hat / Matth. 24.) doch durch GOttes Gnad vnd Beyſtand wunderbarlich erhalten.

§. 14. HYAENÆ *Friburgicæ* à THOMÆ HENRICI productæ, hi ſunt colores, Es ſind der Augſpurgiſchen Confeſſion Verwandte im Gewiſſen verbunden / ſich zu dem Catholiſchen Glauben / nicht minder als jhre Voráltern vor dieſem gethan / wiederumb zu bekennen. Vnd das erſtlich dieſer vrſach wegen / weil die Römiſche Kirch mit der Augſpurgiſchen Confeſſion in den fürnembſten Glaubens-Artickels einig iſt / vnd deßentwegen wer in denſelben der Römiſchen Kirchen zuwider ſein will / auch mit der Confeſſion ſtreiten muß. Gar wenig außgenommen / iſt die Römiſche Catholiſche Kirch in dieſen Artickeln mit der Augſpurgiſchen Confeſſion haubtſächlich einig. Unde Argumentum in ſpeciem ordinis redactum ſic habet. Omnis Eccleſia Auguſtanæ Confeſſioni conſona, eſt conjunctione confeſſionali ac reditu in priſtinam amicitiam digna, Eccleſia Ro-

mana

mana eſt Auguſtanæ confeſſioni conſona. Ergo eſt conjunctione confeſſionali ac reditu ad priſtinam amicitiam digna. Concluſio primum admittitur, ſi intelligatur primùm de Romanâ illâ vetuſtiſſimâ germaneque Romanâ (uti loquitur Auguſtin. l. 7. de C. D. cap. 13.) Apoſtolicâ, à S. Paulo in Epiſtolâ ad Romanos celebratâ. Reddat nobis Hyæna illam priſcam adhuc Parthenopen, toti in ejus amplexum ruemus; interea grati pro conceſſione, Auguſtanæ confeſſionis fidem fuiſſe ante Lutherum. At ſi pro illâ Romanâ Priſcâ nova hæc Tridentino Romana (ubi per Tridentina decreta, poteſtas tenebrarum roborata eſt, quibus cœcæ obedientiæ vinculo omnes ejus cives ſic ſunt innodati, ut liberum ſpiritum ducere vix poſſint) obtrudatur, emat ſibi aſinos, qui clitellas hujusmodi vehant. Si deinde accipiatur in ſenſu compoſito, quatenus eſt conſona, ubi & in quibus capitibus eſt conſona Romana Eccleſia cum Auguſtana confeſſione, & hæc cum illâ, in iis conteſſerationem declinamus nulli. Si 3. Sermo ſit de ſolâ conjunctione correſpondentiæ, ſine jugo deditionis ſub Papæ pedes pedumque, quam ſub voce bekennen/ hyæna involvere videtur. At cum immane multa ſint alia, quæ præter Auguſtanam confeſſionem illic creduntur, à nobis vero ut

ro ut ſuperſtitioſa, refelluntur; hic à nobis creduntur, à Romanâ Eccleſiâ, uti nunc eſt, rejiciuntur (latior enim eſt noſtra fides, quam ut Auguſtanæ confeſſionis compendio, perfectionem habente non abſolutam ſed debitam, Symbolico ſuo ſcopo adæquatam, explicitè coerceri queat, cujus ſcilicet Auguſt. Confeſſionis ſcopus fuit ſolum, præcipuos articulos, doctrinæ ſummam, dogmata quæ videbantur neceſſario dicenda, è quibus tamen aliâ facile judicari queant, prætermiſſis multis, brevitatis ſtudio; informatione latiore, ſi quid deſideraretur, nō denegata, proponere) cū vox hyænica ultra homologiā, hypotaxin quoq; deditiam Pontifici Romano devinctam, intendat; ideo à commercio tam inadæquato, captioſo & periculoſo, merito abhorremus: *Nihil enim juxta Ambroſ.* l. de fid. contra Arianum, *periculoſius hæreſi, quæ videtur nobiſcum conſentire, & vel verbo diſſentit: niſi pari imprudentiâ*, cuilibet miſceri religioni velimus, quarum nulla eſt, quæ non habeat aliquid, in quo cum Auguſt. Confeſs. conſpirat; niſi & olim Niceni Symboli Confeſſores, Arianis, in unius ſolum literæ adjectione τȣ ιοτα in voce ὁμοȣσιΘ, ac Ariminianis in vocis Uſiæ deletione, diſſentientibus, in cæteris ſuffragantibus ſe adjungere debuerunt. Eſto, ſit in Romano

valetu-

Scopus A. C.

valetudinario quædam ſanitas, ſit in eo aliqua medicina, exeant nonnulli ſani, tamen quia noſodochium eſt infectivum ac leproſorium, prudentius cavetur, quàm ut ad illud redeatur. Eſto præterea conveniat Romana religio Auguſt. Confeſſioni in cætera navi, ſumma tamen manet differentia in pixide & Gubernatore, uti haut abſurdè comparat *M. Anton. de Dominis in concion.* Londin. ann. 1617. *Inter navem Romanam, inquit, & Reformatam hanc differentiam præcipuam animadverto, ex qua naſcuntur & oriuntur quàm plurima & alia diſſentanea ac pugnantia, nimirum gubernatorem navis, qui clavum tenet Romanæ navis repudiaſſe ordinariam pixidem, & reliquiſſe praxin, & uſum mappæ hydrographicæ receptæ, unde eſt, quod vertigine quadam è ſuo cerebro novam chartam procuderit, pixidem ſibi duntaxat propriam falſam & ineptam effinxerit, quæ polum nequaquam intuetur & cujus lingula magneti infecta non eſt.* Unde jam major propoſitio crudè & illimitatè accepta patet inſtantiis omnium religionum, quarum nulla ὁλικῶς ac omnino à confeſſione vel noſtrâ vel Tridentinâ abludit, ſi non ſemper ſenſu determinato, tamen ſono literæ ſenſuque generali, æquivoco & confuſo conſona. *Non ſufficit* (ait Cyril. Alex. in Epiſt. ad Neſtorium) *tuæ religionis ſolummodo fidei Symbolum confiteri,*

*ſiteri, quod expoſitum eſt per idem tempus, Sancti Spiritus largitate à venerando Concilio apud Niceam congregato; hoc enim nec intellexiſti, nec rectè interpretatus es; quin imò perversè licet ſono vocis ea verba protuleris: ſed conſequens eſt etiam jure jurando fateri te quod anathematizes, fidem tuam pollutam & profana dogmata. Vitus Ebermann* Lojolita in libello nuper emiſſo ſub titulo, die vnfehlbare vnd ſtets beharrende Kirch Chriſti / totam hanc Henricianam Machinam his verbis deſtruit pag. 15. Saget an/was heißt vnd iſt ſchlecht vnd bloß glauben die Apoſtoliſchen 12. Articul? Entweder iſts ſo viel / als in gewiſſem wahrem Catholiſchen Verſtand ſolchen Articuln beyfallen vnd einwilligen / oder iſt ſo viel als die Glaubens-Articul nach Herren Martini (vnd alſo von allen vnd jeden andern zu reden) Sinn verſtehen vnd außlegen: Oder aber iſts endlich ſo viel / als den bloßen äußerlichen Worten allein / ohne einen Verſtand vnd Außlegung beyfallen. Das erſte mag H. Beer nicht verjähen; denn ja am Tageliecht daß alle Proteſtirende im Verſtand deß Articuls von einer H. Catholiſchen Kirchen/ von vns, Catholiſchen gäntzlich abweichen; das ander iſt handgreifflich falſch / dann wer bey vns Catholiſchen ſagte: Er verſtehe die Wort deß Apoſtel. Glaubens nach dem Sinn vnd Außlegung H. Martin Beeren vnd ſeiner

Con-

Conſorten, würde nimmermehr zur H. Tauff oder anderer HH. Sacramenten Gebrauch zugelaſſen: Neben dem/ daß alſo den Arrianern/ Macedonianern / Neſtorianern / Pelagianern vnd ſchier allen andern Ketzern die Pforten der H. Kirchen auffgeſperrt würden: das dritte aber iſt alſo vngereumt/ daß ich nicht faſſe/ wie es einem / dem das Hirn nicht verruckt/ oder mit dem Chriſtenthumb kein Geſpött treibt / auß der Zungen vnd der Federn möge fließen; dann es ja ein rechter Hetzen oder Papageys Glaub müſte gehalten werden. Fuerit igitur reſtringenda major, atq; hunc in modum enuncianda. Omnis Eccleſia, quæ non duntaxat Auguſtanæ confeſſioni invariatæ, ſed omni alii doctrinæ fundamentali, quæ in Eccleſiis Lutheranis perſonat, adæquate ac omnino congruit; eſtque non ſolùm conſona voce, ſed & conſignificativa ſenſu; quæ Auguſtanæ confeſſioni non ſolum ſono & ſenſui in S. Scriptura ceu normâ confeſſionis fundato, in juſtâ conſequentiarum (quas compoſitio pacis Dilingana haud ægre admittit pag 648.) ſerie patefacto, in Form. Concordiæ, aque conſtantibus ac genuinis ejuſdem confeſſionis Interpretibus & Doctoribus expoſito eſt conſona: omnis, inquam, hujusmodi Eccleſia eſt conjunctione confeſſionali digna &c. Jam aſſumptionem negat ipſa hyæna, cum ſoni con-

centum ſibilat, ſenſus ſymphoniam diſſimulat; cum alia, quæ in Confeſſione explicitè non extant, doceri à Confeſſoribus credique oſtendit; cum confeſſionem deartuat, theſin admittit, antitheſin odit. Quid igitur agit? Lupos & agnos in unam naturam conflat, tragelaphos pingit, hippocentauros fingit, igni maritat undas, cothurnum ſuit unicuique pedi aptum. Maluit hic tacere, quàm Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribere *Card. Lotharingius in Colloq.* Poſſiaceno, ſuadens Bezæ ſociisque ſubſcriptionem Auguſt. Confeſſioni deferendam; interrogatus viciſſim à Beza, an ipſe & cæteri præſentes eidem ſubſcripturi ſint? tacuit. Regerit Irenicus, ipſam Auguſtanam Confeſſionem Symphoniam fateri. So dañ dieſe Lehr in H. Schrifft klar gegründet / vnd dazu auch gemeiner Chriſtlicher ja Römiſcher Kirchen / ſo viel auß der Våtter Schrifften zuvermercken (ſo ſeind denn die H. Våtter dieſer Kirchen beygethan geweſen) nicht zuwider noch entgegen iſt / ſo achten wir auch vnſer Widerſacher können in obangezeigten Artickeln nicht vneinig mit vns ſein; Item / der gantze Streitt / haffte an etlich wenig Mißbråuchen / ſo ohne gewiſſen gewalt in der Kirchen eingeſchlichen. Hinc ſtrophæ I. Nulla confeſſio Romanæ Eccleſiæ Patrœ non adverſa, confitentes Romanenſes ſinit
eſſe

eſſe adverſos. At Auguſtana Confeſſio Romanæ Eccleſię Patroæ non eſt adverſa. Ergo. Item, Nulla confeſſio paucis abuſibus Rom. Eccleſiæ adverſa, confitentes ſinit eſſe adverſos. Auguſtana confeſſio, &c. Negat illa. Aſymphoniam à Romanâ (non curiâ ſed) Eccleſiâ, eaque non ſolum virgineâ adhuc, ſed & eâ, quæ ſubſequiori & magnam partem adulteratâ, nondum tamen repudiatâ, nondum omnino vitare juſsâ latuit; in quâ adhuc fuit multum boni; nõ item à Romanâ præſente Tridentinâ, quâ Auguſtana confeſſio prior fuit; fatetur ſymphoniam in quibusdam, quatenus ex Patrum ſinceriorum (congruè cum τῷ πατρῴῳ Θεῷ in Scripturis S. unicè audiendo ſentientium) ſcriptis nota. *Neque ſtatim, ut exponit Apologia, cenſendum eſt Rom. Eccleſiam ſentire, quicquid Papa, aut Cardinales, aut Epiſcopi, aut Theologi quidam aut Monachi probant.* tum per abuſus intellexit etiam fundamentales errores, zizania ſcil. annata, vermes cucurbitæ peſtes, carcinomata, vomicas, in quibus omnibus fundamentalis eſt abuſus vel S. Scripturæ, vel antiquitatis, vel rationis, vel poteſtatis.

Abuſus religionis ejuſdem conſumptionem notat, Ipſo Corn. à Lap. notante ad Ierem. 18. pag. 685. Quo titulo cum uſi ſunt Confeſſores, Latinè locuti ſunt. Donec omnem caſeum cum melle abuſus eris, hoc eſt conſumſeris. Cato de re ruſt. c. 76. Me qui abuſus ſub tantam rem patriam, h. e. conſumſi. Plaut.

in Trinum, in prologis ſcribendis operam abutitur, hoc eſt conſumit, perdit. Terent. in Andr.

Confer D. Hülſemann. Manual. A. C. pag. 1154. Verthädigung deß Sächſiſchen Augapffels pag. 725. Hodie & nos gaudemus eo uſque Papatum à priſco rigore in nonnullis remiſiſſe, atque cum Auguſtanâ confeſſione eadem verbis reſonare, uti toto commentario *confeßionis cath.* demonſtrant *D. Gerhard. D. Dorſcheus* in Thomâ confeſſore. Idemque monſtravit liber publicatus à *Iohann. Arnd.* ac inſcriptus *Reformatio Papatus iuxta confeßionem Auguſtanam, qua proponitur Romanorum Pontificum atque Conciliorum conſenſus cum Auguſtana Confeßione in omnibus fidei articulis.* Sed an eadem Roma ſentiat? an medulla cortici reſpondeat? Id jam eſt, quod ad inficias referimus; quas λόγοις λευκοῖς omnes noſtratium in Auguſt. Confeſs. editi Commentarii exhibent, ac nominatim è recentioribus *D. Menzer. in exeg. Auguſt. Confeſſ. D. Papp. in comm. ad Auguſt. Confeſſ. D. Hülſemann. in Manual. Auguſt. Confeß. adverſus Balthaſ. Hagerum Lojolitam. Gœbel. in conc. Auguſt. Confeß.* Hi nuces in Papæam civitatem diſperſere, haud facilè effringendas ab eo, ſi quis futurus eſt HENRICI ex oſſibus ultor. Altera Stropha militat pro finiendo bello è calumniis orto. Weil auch in den Streit-Artickeln die vngegründte

gründte Läſterungen hindan geſetzt/ ſich kein billichmäßige Vrſache ereügnen wird/ warumb mit ſolchem vnwiderbringlichen Schaden der Chriſtenheit ſolche Zertrennung noch immerdar ſoll fortgeſetzt werden. Hinc ut in rotundum ac nervum diſſipatæ nugæ redigantur, argumentum ſic ſe habet. Nullum bellum ex cauſis iniquis, calumniis, andabatomachiis ortum actumque, eſt continuandum. Bellum Lutheranum Papæis illatum eſt hujusmodi. E. non eſt continuandum. οὐδὲν ὑγιές, ſi exenteretur hoc corpus. Primum concluſio plus infert, quam dederunt præmiſſæ; Eſto, non ſit continuandum hujusmodi bellum, num ideo Confeſſores Auguſtani tenentur ad reditum in Babylonem è qua ſemel liberati ſunt? Ezechiæ Regis rebellio (ut habet vulgata) 2. Reg. 18, 7. in Regem Aſſyrium ex iniquâ fuit cauſsâ, num ideo ad ſervitutem ſe abjicere debuit ſuperbo Domino? Propoſitio major admittit inſtantiam Antipathiæ Sathanico-ſerpentinæ. Bellum inter Evigenas & ſerpentem poſitum eſt ab ipſo Domino, & tamen ex calumniâ Evæ æquè ac ſerpentis natum, an igitur intercidendum, ne ſit ἄσπονδον? Quidni (ut ſudor nimius è corpore humano exundans) effectus bonus eſſe poſſit ex malâ cauſa? annon divina ſapientia permittit mala in bonum finem, à quô, ſi attige-

ris, non ſit ceſſandum? Aſſumtionem refellit cùm Αντιςρέφον, bello Papæ in Lutheranos, objectum; cujus origines & cauſas loliginis ſucco deſcripſere Cochlei, Surii, Piſtorii: quorum ſcripta aculeata quid non pruriunt, quid non habent veneni? vel ſola Poſtilla Schereriana pandotam præbent atrocium calumniarum. Annon Lutherus à Leone prædamnatus quàm auditus? tùm omnis hactenus in Papæos à noſtris ſtructa ac emiſſa panoplia, qua confectum eſt, non eſſe Lædoriam ſed Aletheam, quicquid Hyæna calumniæ nomine infamat. Supino ac ignavo faſtidio imputandum eſt, quod à Papicolis noſtræ Apologiæ non leguntur, & vetera ſemper tanquam indefenſa recoquuntur. Veniendum hîc in rem præſentem, reique articulos ac ſingulos controverſiarum Status, ipſa veritas pro nobis reſpondebit. Tertius paralogiſmus hic eſt: Weil dieſelbige/ ſo ſich zur Augſpurgiſchen Confeſſion bekennen/ in vielen wichtigen Glaubens-Puncten/ nicht allein mit den Römiſch Catholiſchen/ ſondern auch mit jhrer eigenen Confeſſion im Streitt liegen: vnd deßwegen/ wann ſie ſelbiger Confeſſion nicht zuwider lehren vnd glauben wollen/ ſich nicht weniger in ſolchen hochwichtigen Stucken mit derſelben als mit der Römiſchen Kirchen zuvergleichen haben/ darumb wie ſie laut jhrer

Bekantnus / vnd zum theil auch geleiſteten Eydspflicht / bey der Augſpurgiſchen Confeſſion ſteiff zuhalten ſich ſchuldig erkennen: Alſo auch angezogene derſelben Confeſſion widerlauffende Lehren fahren laßen müßen. Welches zu einer vollſtändigen Religions-Vereinigung gar fürtrefflich ſein würde. Hinc Argumentum, Omnis Confeſſor ſuæmet Confeſſioni in multas dogmatum momentis adverſus, tenetur illa adverſa dogmatum momenta deſerere, adq; avitam fidem redire. At Confeſſor Auguſtanus ſuæmet confeſſ.&c. Ergo. Major propoſitio ita crudè ac nudè accepta, inſtantias ſuſtinet domi ſuæ natas; Ubi & Tridentina confeſſio laborat adverſitatibus momentoſis, de ſenſu illius invicem contradictoriè pugnantibus, quarum manipulos collegere *D. Dorſcheus* in Pentadec. diſp. 1. th. ult. *D. Hülſem.* in Manual. Aug. Conf. p. 1100. Eaſdem detexit *Petrus Suavis*, h.e. Paulus Servita in hiſt. Concil. Trid (cujus hiſtoriam, Interpretis ad lectorem præfatio, ſatis tutam reddit ac ἀξιόπιστον: ubi inter alia hæc habentur, *ſi etiamnum fucum tibi factum metuis, dic ſodes, quis ille inventionum tam felix, qui veri adeo ſimilia nobis ab ingenio confingat? aut quis tam imprudens, qui pro veris ea obtrudat, quæ ſi ficta eſſent, ipſæ Regum Principumque literæ, quarum in medio eſt memoria, facile arguant*

*vani-*

*vanitatis*? Eſt hoc illud ipſum defendendi genus, quo aliàs Canonicis ſcriptoribus fides conciliatur ab ipſis Romanenſibus. Scripſit Petrus Suavis, cum ſuperſtites adhuc eſſent aliqui, qui Synodo interfuerunt, qui potuiſſent de re totâ interrogari, & palam reclamare. Eſt hic medius terminus à *Contzen* l. 5. polit. cap. 24. pag. 319. ſubminiſtrat⁹) inſigne ſpecimen oraculi Delphici, h. e. ambigui edidit, l. 2. pag. 254. In hac, inquit, *opinionum repugnantiâ non ſolum uterque (Soto & Catharinus) ad Concilium ſcribens aſſeverabat ſententiam ſuam eſſe Synodi mentem. Sed paulò poſt ſuper eodem argumento Apologias & Antapologias ſcripſere, criminantes invicem eum Synodo affingi ſenſum, quem nunquam ſomniaſſet, adductis etiam utrinque opinioni ſuæ firmandæ Patrum, qui una adfuerunt, teſtimonijs. Et vero Patrum nonnullis in hujus, alijs in illius favorem teſtificantibus, in duas propriè partes Synodus ſcindebatur; niſi quod quidam boni præſules, neutris addicti dicebant ſe controverſiam non ſatis intellexiſſe, aſſenſum tamen decreto eâ formâ, quâ fuit promulgatum, commodaſſe, quod inter partes conveniſſe videretur. Legatus S. Crucis pro Catharino Teſtimonium dicebat. Montanus inter tertios erat. Atque hic eventus ſpem omnibus adimit aſſequendi Concilij mentem, quando eo tempore inter ipſos qui aderant,*

*erant, & primas in eâ actione obtinuerant, de Concilij mente non conveniebat.* Hos inter neceſſario altera pars verè adverſatur ſenſui Tridentino, altera apparenter. Ergone illa verè adverſa, ſtatim Tridentinæ fidei Palinodiam canere debet? deberet, ſi ut verè, ita ſcienter & conſcienter ex luculenta convictione adverſaretur. Ita deberet noſtratium pars, verè & ſcienter adverſa confeſſioni Auguſtanæ, ad avitam fidem, quâ talem in ſenſu compoſito, ſi verè eſt avita ac Apoſtolica: qualis non eſt Tridentina, tota Antapoſtolica ac noviſſima. (vide Hodomor. Pap. phantaſm. 2. pag. 425.) redire. His poſitis limitationibus concluſio admittitur. Aſſumptio ter quaterque falſa eſt, accepta de verâ adverſitate non ἐναντιοφανείᾳ conciliabili; de Confeſſore rectè Auguſtanam confeſſionem intelligente ac interpretante, cui quorundam ſciolorum ſiniſterior ſenſus fraudi eſſe non debet: nec ut muſcerda piperi, Calvinianæ ſymphoniæ prætextus miſcendus eſt. Videndus hîc Elenchus Keslerianus belli Ubiquitiſtici Foreriani, Hutterus in Concord. concorde.

§. 15. TIMOTHEUS LAUBENBERGIUS τὸ ἕυρηκα clamat, ſemet circũſpicit & inſultat. Inter præſcriptiones, quas D. Calovii operibus philoſ. abuſus, fingit, hanc primam eſſe vult pag. 49. *Quicquid controverſum*

*verſum non eſt, id nequit objectum Diſputationis eſſe. Subſumo 1. Nullus Fidei Articulus. 2. Nullum Decretum Eccleſiaſticum. 3. Nulla ceremonia univerſalis, Eccleſiæ Romanæ, teſte Auguſt. Conf. inter nos Cath. & Prot. controverſa ſunt. E. Nullus Fidei Articulus. 2. Nullum Decretum Eccleſiaſticum. 3. Nulla ceremonia univerſalis, Eccleſiæ Romanæ inter nos Cath. & Prot. objectum diſputationis eſſe poſſunt. II. Quæ manifeſtè vera ſunt, in dubium vocari non debent. Subſumo: Eccleſiam Romanam in nullo Fidei Articulo, in nullo decreto Eccleſiaſtico, in nullâ Ceremonia univerſali, errare, vi Aug. Conf. manifeſtè verum eſt. E. Eccleſiam Rom. in nullo Fidei Articulo, in nullo Decreto Eccleſiaſtico, in nullâ Ceremoniâ univetſali, errare, in dubium vocari non debet. III. Manifeſtè falſa, defendenda non ſunt. Subſumo. Atqui Auguſtanam Conf. in ullo Fidei Articulo, in ullo Decreto Eccleſiaſtico, in ulla Ceremonia univerſali diſſentire ab Eccleſiâ Romanâ manifeſtè falſum eſt. E. Aug. Conf. in ullo Fidei Art. in ullo Decreto Eccleſiaſtico, in ulla Ceremoniâ Vniverſali ab Eccleſia Rom. diſſentire, defendendum non eſt. IV. Impiæ & blaſphemæ quæſtiones moveri non debent; Et ſi motæ fuerint, tum prodidiſſe eas erit refutaſſe. Atqui utrum Eccleſia Romana ſit meretrix Babylonia? Vtrum Papa Antichriſtus? ſunt impiæ, & blaſphemæ quæſtiones, Aug. Conf. è diametro contrariantes.*

tes. E. Eæ moveri non debent; Et ſi motæ fuerint, tum prodidiſſe eas, erit refutaſſe. V. Problemata Diſputationum ſint utilia & conducant ad veritatem inveſtigandam. Subſumo: Atqui, non utrum in Eccleſia Romana ſint falſi Articuli, falſa Decreta Eccleſiaſtica, & falſæ Ceremoniæ Vniverſales? ſed utrum non abuſus quidam privati, rerum & rituum vulgarium, inter Catholicos & Auguſtanam Confeßionem, problema eſt, quæſtio eſt. E. Hoc etiam tantum & non illud, inter nos diſputetur, & quidem ita ut ſit utile & ad veritatem inveſtigandam conducat. VI. Nihil in diſputatione committendum, quod aut non inſerviat, aut officiat inveſtigationi veritatis. Subſumo. Atqui utrum in Eccleſiâ Romanâ abuſus ſint, inter nos Catholicos & Proteſtantes Diſputatio eſt. E. in ea, à neutra parte, negando, aut imponendo, aliquid committatur, quod aut non inſerviat, aut officiat inveſtigationi veritatis. Wohlan ib. p. 51. Im Nahmen der Allerheyligſten Dreyfaltigkeit / die Proteſtirende (laut aller Articul / jhrer Augſpurgiſchen Confeſſion) halten es / 1. in allen Glaubens Articuln. 2. Kirchen Decreten. 3. vnd gemeinen Ceremonien mit der Röm. Kirchen / ſo ſein ſie ſchon mit vns vereiniget / vnd rechte Catholiſche Prieſter. & p. 58. Will ich Timotheus Laubenberger, anjetzo / zu Lob dem Allmächtigen GOtt / Verthädigung deß Catholiſchen Glaubens /

vnd

vnd vnſterblicher Ehr Römiſcher Kirchen/ auch Ewiger Gedächtnus dieſes Handels/auß XXVII. Büchern deß H. Auguſtini/wider die Donatiſten / nicht weniger Augſpurgiſcher Confeſsion vnd Pacification, ſambt vielen herrlichen Zeugnußen/Proteſtirender vnd Reformirter Scribenten / aller Welt für augen ſtellen / vnd damit diß gantz vnnöhtige Schiſma vnd erbärmliche Spaltung / der Proteſtirenden vnd Reformirten/ Evidentiſsimè vnd gantz vnwiderſprechlich erweiſen. Si ſine neceſsitate ſchiſmatica. E. de jure ſymphonica. Wohlan p. 86. Jm Nahmen deß H. Geiſtes/ die Proteſtirende (laut der 7. letztern Articul jhrer Augſp. Confeſsion) fahren nur gewaltig fort / mit Verbeſſerung aller Perſonal- vnd Privat Mißbräuch Römiſcher Kirchen/ laßen aber allein derſelben Articul / Decreta, vnd Ceremonien vnangefochten / ſo ſeind ſie fromme Kinder Catholiſcher Kirchen. ſcil. jam dum evicit, Confeſſores de ſolis privatis & perſonalibus abuſibus ſententiam ſuam concepiſſe, pag. 104. Wohlan / im Nahmen GOttes / die Proteſtirende (laut doppelten Beſchluß/ jhrer Augſp. Confeſsion) bleiben nur beſtändig / bey der einhelligen Lehr/ der H. Vätter Decreten / der H. Concilien vnd einmuthigem Verſtand/ der Catholiſchen Römiſchen Kirchen / ſo ſein ſie abermahl mit vns ſchon vereiniget / vnd rechte Catholiſche

Chriſten. pag. 134. Wohlan/ im Nahmen aller Heyligen GOttes / es bleiben die Proteſtirende bey allen Articuln / dieſes Augſpurg. Vergleichs / vnd Concordaten jhrer Voreltern / mit der Röm. Kirchen / ſo ſein ſie abermahl mit vns Catholiſchen vereiniget / vnd darff einiges andern Concilii, oder Colloquii im geringſten nichts. Jch will p. 139. durch alle XXI X. Articul der Augſpurgiſchen Confeſsion handgreifflich erweiſen / daß nicht allein das Trientiſch Concilium heutiges Tags eben alſo lehre / wie zur Augſpurgiſchen Confeſsionszeiten das Pabſtumb gelehret / ſondern eben auch die Augſpurgiſche Confeſsion ſelbſtē nicht anderſt lehre / als das alt vñ newe Pabſtumb zu Luthers vnd vnſern jetzigen Zeiten / welches dann ein ſolcher Punct der allen Lutheranern die Gurgel vnd das Hertz trifft. Wohlan/ pag. 29. Jm Nahmen JEſu / die Proteſtirende ( laut der Vorred / jhrer eigenen Confeſsion, vnd aller Reichs-Abſcheiden ) kommen den Decreten / deß ſo offt begehrten Päpſtlichen Tridentiſchen Concilii nach / ſo iſt ſchon Fried zwiſchen vns beyderſeits gemacht / vnd ohne fernere Bemühung einiges Buchs / Diſputation, Colloquii, Conventus, Reichstags / oder Concilii aller Streitt auffgehebt.

§. 16. O vos fungos! ô talpas! ô Errones! ô ſycophantas, qui ſymphoniam Augusta-

guſtanæ Confeſſionis & Tridentini Concilii totis commentariis exploſum iviſtis, nec aquam igni maritare voluiſtis! Torrenſis ne quidem Auguſtinum cum Auguſtanà Confeſſione permiſit conferri. Surrexit qui antiquum Papatum parallelũ fecit. Eſt novus homo, heſternus, laicus, acletus, polypragmon, qui videt, ad quæ vos tireſiæ fuiſtis, ſe circumſpicit, vos erroris arguit. miratur, daß vnter allen/vnd ſo viel tauſend Catholiſchen Scribenten/ niemahls kein einiger geweſen/ der an dieſe Pacification gedacht/ vnd ſolche den Lutheriſchen fürgehalten; II. Daß alle Catholiſche/ die Augſpurgiſche Conf. niemahls im verſtand dieſer Pacification genommen/ſondern nur im falſchen Privat-Verſtand/dieſes oder jenes eigenſiñigen vnd zänckiſchen Prædicanten. III. Daß ſie den Lutheriſchẽ nicht beſſer achtung auff die Zung/vnd Feder gegeben/vnd fleißig inquiriret: ob ſie auch der Augſp. Conf. vnd Pacification gemäß/glaubtẽ vnd predigten. p. 160. Wañ jhr werdet Euch nicht laßen zuwider ſein/ die Reduction auff den vertragenen/ nicht allein Ablaß/ ſondern auch gantzen Religions-Streitt zu Augſpurg Anno 1530. in der Pacification durch alle XXIIX. Articul Augſpurg. Confeſſion. So werden wir warlich haben den wahrheiligen/ einigen vnd gut nützlichen Schlüſſel deß Religions- vnd Kirchen-Friedens/ wel cher da iſt/

vnd

vnd Ewiglich bleiben ſolle: Die Augſpurg. Confeſſion in Canone, vnd als ein Regiſter aller Articul vnd Streit / dabey man es muß bewenden laßen / vnd keinen derſelben auff die ſeiten / noch den Streit auff eines vnd deß andern Privat-Lehrers Schrifften ſetzen. Die Augſpurgiſche Confeſſion iſt der völlige vnd einige Canon, deren ich das Zeugnus geb / vnd für Angeſicht der gantzen Catholiſchen Kirchen ſage: 1. Daß die Erhaltung Göttlicher Warheit / ohn die Augſpurgiſche Confeſſion vnmüglich ſeye. 2. Daß die Augſpurgiſche Confeſſion der Bibel gantz gleichförmig ſeye. 3. Daß kein vnterſcheid zwiſchen der Bibel vnd der Augſpurgiſchen Confeſſion ſeye. 4. Daß die Augſp. Conf. der allerbeſte Richter ſeye. 5. Daß die Augſp. Conf. viel ein beſſerer Richter ſeye als die Bibel ſelbſten. Talia auditis S. Inquiſitionis Magiſtri & parcitis fulmini ſacro emittendo? Talia legiſtis cenſores librorum & obelo non notaſtis? pergit. Jch ſage aber auch bedencklich / der Pacification, in Intrerpretatione vnd Außlegung der Augſp. Confeſſion, dann gleich wie wir Catholiſchen / mit dem ſinnreichen Lirinenſi lehren / daß die H. Schrifft nicht ein jeglicher nach ſeinem eigenen Sinn vnd Privat-Verſtand außlegen / ſondern nach einhelliger Erklärung der Cathol. Kirch annehmen müße. Eben auch alſo / muß man die Augſp. Confeſ-

ſion, nicht nach eines jeden Lutheriſchen privat Lehrers meinung/ſondern nach einhelliger Erklärung der erſten Proteſtirenden Stände/ vnd Theologen verſtehen/ als welche ſolche Cōfeſſion, erſtlich gemacht/ auch hernach/ als die Catholiſche/ mehrere Erklårung derſelben begehrt/ ſolche ſo vnd ſo/ im Augſpurgiſchen Vergleich/ perſöhnlich vnd mündlich erklåret. Die rechte/ eigentliche/ nach dem eigentlichen Klang der Wort/ nach dem hell vnd klar außpolirten vnd geretteten Sinn vnd Meinung/ zu forderſt der H. Schrifft/ vnd dero beſtåndigē/ vngezweiffelten Bekeñer/ Lehrer vnd Außleger verſtandene Confeſſion. hæc ille, quæ prius. Hæc ſi obtinuerit nov⁹ Irenico-poëta à ſuis; tunc videbitur à nobis an & quousque progrediendum? Quantum vero Rheni Baſileæ Coloniā defluet, donec affluat illi, è Tiberi in Rhenum, ſuffragium? Interea gladio ſpiritus patebit locus, nec ſine hoc ſequeſtro quæ inutiliter ac prodigè effundit Rapſodus, expediri poſſunt. Sed quid multa? unica querela tanquam liturâ omnia delet à Cœleſtino notata part. 3. pag. 59. ubi *Commiſſarij* Papæi ad Auguſtum retulerunt, multis *concordiæ vijs tentatis apud Adverſariam partem nihil ſe obtinere potuiſſe, quàm quod paucis conſignatum exhibeat.* Hæccine eſt perfecta pacificatio? hæccine forma & norma pacificandi? an profana illa confeſſio,

nefa-

nefaria hæreſis, Helena Saxonica (tituli ſunt quibus confeſſionem Auguſtanam dignatur Andr. Fabricius) inſtrumentum pacis eſſe poteſt? Omnem ſuæ artis molitionem enthymemate aſtrinxit ipſe, facile complendo inque juſti ſyllogiſmi legem redigendo, in concluſione finali p. 250.

Schlußrede.

Die Proteſtirende, Reformirte Stånd Augſpurgiſcher Confeſſion, halten I. den Römiſchen Pabſt für den oberſten Biſchoff der Chriſtlichen Kirchen/ deßen Concilio, vnd in ſpecie, dem Heil. Trientiſchen / ſie ſich einhellig / vnd abſolutè, ſine omni exceptione, in der Vorred Augſp. Conf. vnd allen Reichstågen / aller vnterthånigſt / bey Ihren wahren Fürſtlichen Worten/ Trew vnd Glauben / vnterworffen / vermög Erſten Theils p. 9. biß 28. II. Halten es/1. in allen Glaubens-Artickeln. 2. Kirchen Decreten. 3. Vnd gemeinen Ceremonien/mit der Catholiſchen Kirch/ krafft andern Theils pag. 36. biß 50. III. Tadlen einig vnd allein etlich wenige / ſchlechte / in die Catholiſche Kirch eingeſchlichene Perſonal- vnd Privat-Mißbråuche/ in åußerlichen Sachen/ Satzungen/ Ceremonien/ Traditionen/Conſtitutionen vnd Obſervationen. Inhalt dritten Theils pag. 55. biß 88. IV. Verdamen auch alle die jenige / als rebelliſche Schiſmaticos vnd Gottloſe verdambte Ketzer/ſo es nicht

in allen Articuln / Decreten vnd Ceremonien mit der Catholiſchen Kirch halten / außweiß vierdten theils pag. 89. biß 103. V. Vnd haben ſich auch endlich gar / eben zu Augſpurg / ſtracks nach vbergebener jhrer Confeſſion, in gehaltener mündlicher / perſöhnlicher Reichs-Conferentz vnd Pacification oder gütlichem Vergleich / wegen aller ſolcher ſtreitiger Mißbräuche vnd gehabter Mißverſtände / mit den Catholiſchen / wiederumb Chriſtlich vnd völlich verglichen. Augenſchein Fünfften Theils. pag. 108. biß 133. Ergo, ſein Proteſtirende vnd Reformirte wann ſie allein beyderſeits / dieſer jhrer Confeſſion vnd Pacification, Pflichtsweiße / mit zuſamen ſtimmenden Hertzen vnd Munde / beyfall geben vnd nachkommen / nicht allein mit ſich ſelbſten / ſondern auch mit der Catholiſchen Kirch / in Einigkeit deß Glaubens / wiederumb würcklich vereiniget.

Conſilium par fuiſſe *LudoV. NaſſoVij* memorat Strada. l. 5. p. 239. Vt depoſitis parumper dum res firmarentur, privatis de religione ſententiis, in Auguſtanam Confeſſionem concederent omnes: ſic enim & Imperii Septemviros, qui eam profiteantur, ipſorum cauſam impenſe acturos apud Cæſarem, & Germanos milites non facile in Belgas ejuſdem religionis ſocios arma ſumpturos. Idque effectum eſt.

Meri logicæ abortus & conſequentiæ flagitia! In propoſitione Majori, quam cum in mente tenet, haut ſtulte ſapit, conſequentia nulla eſt. 1. Confeſſores Papam agnoſcunt pro ſummo Epiſcopo Eccleſiæ Chriſtianæ. E. ſunt conciliati in fidei unitate

tate cum Romana Eccleſiâ. nam & Conſtantinopolitani agnoverunt Neſtorium (illum Chriſti diviſorem nondum apertè convictum, nondum exauctoratum) pro Patriarcha. E. cum eodem in fide ὁμόψηφοι. Conſtantienſes ac Tridentini Patres agnoverunt Papam ſummum Eccleſiæ Epiſcopum; at à Leone Gelaſioque (quorum vindiciæ in Ariſtotele recidivo & Vale Triumphal. extant) in decreto communionis ſub unâ deſciverunt. Poteſt Epiſcopus errare, & tamen Epiſcopus eſſe. nec hîc ſummus Epiſcopus exceptus, quem fallibilem & concilio ſubjiciendum, declaravit Gallia uti poſt relationes *Thuani* l. 28. & Gramondi l. 1. & 15. patet è decreto Curiæ Parlamenti Pariſ. nuper edito 30. Maij An. 1663. 2. Confeſſores Concilio Tridentino ſe ſubjiciunt, ſi œcumenicum, liberum ac Chriſtianum. Ergo etiam, ſi non. 3. Tenent omnes articulos fidei, decreta & ceremonias Eccleſiæ Catholicæ. E. cum Romano-Tridentinâ, præſente jam conciliati. Quid ſi Eccleſia Catholica & Romano-Tridentina non ſint ἰσοδυναμοῦντα? audi Bellarminum è l. 3. de Laic. cap. 19. §. Secundo. *Non poſſunt vera membra Eccleſiæ vocari Lutherani & Calviniſtæ, etiamſi in Symbolo nobiſcum convenirent; nam præter illam fidem requiritur ſubjectio ad legitimum caput Eccleſiæ*

 *à Chri-*

*à Chriſto conſtitutum.* Quid ſi, poſt exhibitam Auguſtanam confeſſionem & tentamen pacificationis, novæ, Auguſtanis confeſſoribus pridem ignotæ (ut ſuperſtitiones ac ſuperfœtationes ita &) doctrinę invaluerint, vel veteres adhuc in lucta poſitæ, ſcholaſticè in utramque partem diſputatæ, per Tridentinam tenebrarum poteſtatem, in canonem fidei exaltatę ac determinatę fuiſſent, ad quæ Confeſſores non aſſurrexiſſent ſed horruiſſent? num ideo nos hodie in his convenimus? 4. In paucis quibusdam abuſibus diſſentiunt. E. ſine neceſſitate diſſentiunt, Quid ſi abuſus illi carcinomata ſint non ſtrumæ? *abuſus qui tolerari amplius non poſſent?* 5. Condemnant omnes ceu rebelles ſchiſmaticos & impios hæreticos qui à Catholicâ Eccleſiâ diſſentiunt. Ergo conciliati. perinde ac ſi colligas; Galli, Dani, Angli damnarunt rebellionem Muncerio-Ruſticam. Ergo ſunt cives & membra Imperii Romani. 6. Conveniunt Chriſtianè & plene cum Catholicis in ipſis illis comitiis Auguſtanis in omnibus controverſis abuſibus. Ergo & qui nunc ſunt Lutherani, conveniant neceſſe eſt. Quid ſi interea Baſiliſcus Tridentinus peſtifera ac nova ova enixus ſit? Quid ſi τὸ βάθος τοῦ Σατανᾶ, quod tunc latuit, penetrare non potuerint? Quid ſi tunc adhuc luctati fuerint cum vinculis Babyloniis, è quibus nos elu-

eluctati ſumus, ſtolidi futuri ſi redinduere-
mus. Strick iſt entzwey / vnd wir ſeind frey.
At, *inquies*, Auguſtana confeſſio Tridenti-
næ eſt parallela. Eſto verborum generali &
æquivoco ſono, an quoque per omnia ſen-
ſu? hoc μέγαλίαν αἴτημα. Aſſumtio ſca-
tet illiquidis. non liquet 1. Confeſſores
agnoviſſe Rom. Pontificem pro ſupremo
Epiſcopo Chriſtianæ Eccleſiæ, ejusque ſe
concilio ac in ſpecie Tridentino ſubjeciſſe,
quia iidem Carolum V. Imper. appellant
Den oberſten Vogt der Chriſtenheit. h. e. hy-
perepiſcopum, & petunt, der Pabſt ſoll ein
allgemein Concilium außſchreiben. pag. 21.
nec ſequitur, Sie haben ſich allezeit / in allen
Reichstägen / auff Päbſtlicher Heyligkeit / dero-
ſelben Cardinäl / Biſchöff vnd Prælaten / Con-
cilium, nach Richtſchnur der Heiligel Bibel /
vnd Vätter Schrifften vnterthänigſt beruffen.
Nam & Paulus ad Cæſarem provocavit. Er-
gone hunc agnovit Eccleſiarcham? quan-
do ajunt *pontificiæ clementiæ eſſet, conſtitu-
tiones quasdam nunc mitagare*, *non illi* cle-
mentiam cum ſubjectionis agnitione in-
tellectam voluerunt, ſed comparatè, ſicut
ad Leonis clementiam capta beſtiola ap-
pellare, Israelitæ Pharaonis clementiam,
h. e. oneris mitigationem rogare potuiſ-
ſent: nec præcisè pontificis clementiam ſed,
ut habet Germanica declaratio Epiſcopo-

rum univerſim, darumb ſollen die Biſchoff der Gütigkeit ſein. non autem ſequitur, tu debebas eſſe clemens, Ergò es. 2. Concilium urgent commune, liberum ſc. & Chriſtianum, explicatius deſcriptum à *Piaſecio* Epiſcopo Polono in Chronic. rer. geſt. p. 33. *Requirebant præcipuè ut Concilium Imperator indiceret, non alius; Summus Pontifex Rom. Epiſcopos qui Concilio intereſſent, à jurejurando obedientiæ quo ipſi obligantur abſolveret, ipſe in Concilio ut pars accuſata reſponderet, & Concilij judicio ſubeſſet: eorum vero Legati jus dicendæ in Concilio ſententiæ & decernendi haberent.*

§. 17. *Eſt alioquin Concilium, Divinum origine*, ut divinitus inſtitutum in Veteri Teſtamento. Num. 11, 6. Deuter. 17, 9. Pſalm. 122, 5. in Novo Teſtamento quoad genus, Matth. 18, 17. inchoatum in celebri illa Hieroſolymitana & Apoſtolicâ Synodo, Act. 15. Eſt. 2. *Saluberrimum fine*, retis ſcilicet lacerati refectione, ac litium termino: quem finem conſequitur, cum juxta oraculum ſcripturæ ſacræ, de verbi divini ſenſu, conſequentiis ex eodem derivatis, & dogmatum veritate ac falſitate diſputando judicat, hoc eſt, diſcernit verum à falſo, infallibili ſcripturæ auctoritate, ſine Dominio fidei definit. 2. Corinth. 1. v. ult. contradicentes luce argumentorum (nulla alioquin vi impetra-

petratura, ut intellectus, ceu potentia neceſſaria ſtatuat nivẽ eſſe nigram, corvum eſſe album, niſi conſcientia ſuæ ſerenitatis corã Deo ſtudioſa, ſuimet debitrix in λόγῳ ἔσῳ, pervincatur, quod ad ἀυτοκατάκρισιν ſufficit) erroris convincit, monet, arguit, ἀνίατον, de quo conſtet eſſe everſum, adeoque litem omnem eſſe peroratam, fugit, arcet, Tit. 3. 10, 11. 3. *Pulchrum ordine*, ubi convocat poteſtate ſuos, comi invitatione alios, extra ſuum territorium poſitos Princeps Chriſtianus ordinariè, cui competit ſuprema ἐπισκοπὴ, præſidentia, authoritas, patrocinium. 1. Reg. 8, 1. 2. Reg. 10, 19. c. 23, 1, 1. Chron. 13, 1. c. 23. 1. 2 Chron. 29, 4. Matth. 2, 4. Utinam Deus hanc proceribus Europæis inſtillaret mentem, ut gloriæ divinæ pacisque ſtudio ſincero ducti, obices dignitatum, commodorum, reſpectuum propriorum tantiſper removeant & ſimultates privatas Eccleſiæ condonent, & tale concilium, quale oportuit adornent: ut officii alii ſui & gregis commiſſi, de quo ſummo judici olim reſpondebunt, memores; alii ſenſu ſuæ captivitatis tacti, in ſeipſos reflexi, ſpiritus induant Joſianos, Fridericianos, Henricianos, Ludovicianos, quos calumnia Jeſuitica Majeſtatũ criminatrix, ſchismaticos vocat! Ubi porrò Auditur pars utraque, id quod nõ tantum juſtum, ſed & in veteribus

conciliis

conciliis uſitatum. vide Chriſteid. l.1.p.654. Dicunt ſententias in controverſiis fidei in omni Statu *ſpirituales*, 1.Cor. 2, 15. ab omni præoccupatione liberi, ac nullo judicii libertaté impediente affectu occupati, ac piè docti. finis enim metitur media, qui cum in diſcretione veri à falſo ſit occupatus, non dominia, ſed dona; non poteſtates, ſed potentias; non prælaturam, ſed doctrinam poſtulat eorum qui ſingulatim poſſint prophetare, & ſenſus habent exercitatos. 1.Cor.14,16. ita tamen ut *duobus aut tribus dicentibus, cæteris dijudicare ſit integrum.* 1.Cor.14,40. Nam ſi Prophetæ extra ordinem χαρίσμασι ornati in prima Eccleſiâ, minore quidem menſurâ quam θεόπνευσοι, ſcriptores Apoſtoli, omnis erroris ſecuri, ſubjecti fuerunt judicio Spiritus S. per alios Prophetas loquentis, 1. Corinth. 14, 29. eo quod cum Spiritu divino adhuc conjunctus fuerit humanus, Act.21,4. quantò magis idem judicium ſuſtinebunt hodierni Doctores pari donorum gloriâ deſtituti? ſubjiciendus igitur Papa concilio. *Non poſſumus* ait *Optat. Milevitanus, facere quod non fecit Deus qui in Iudicio ſuo perſonas ſeparare dignatus: nec eundem voluit eſſe accuſatorem ac Iudicem*: Ejuſdē Optati eſt: *Quærendi ſunt Iudices, de utraque parte dari non poſſunt, quia ſtudijs veritas impeditur.* Et in Chalcedonenſi

nenſi concilio Judices Legatis Romani Epiſcopi edicunt, *ſi ſe ut accuſatores Dioſcori gererent, deponerent Iudicis perſouam.* Athanaſius quoque, noluit venire ad eas ſynodos in quibus manifeſtum erat regnare adverſam factionem. Imo ſi rem Chriſtianam paternè, æquè, candide & fructuosè curare cupit Pontifex, uti prę ſe fert, utetur ſuâ poteſtate εἰς οἰκοδομὴν οὐκ εἰς καθαίρεσιν, 2. Corint. 13, 10. tunc cedet ab ἀκριβοδικαίου rigore, ſuavi συγκαταβάσει, exemplo DEI,

De quo ita commentatur Caſpar. Sanct. ad Eſa. 1, 18. p. 22. commendat maximè manſuetudinem atque modeſtiam Iob, quod ſervorum ſuorum judicium ſubierit, cap. 31. Si contemſi judicium ſubire cum ſervo meo. Eandem hic manſuetudinem & humanitatem DEI obſervat Baſilius qui ſæpe in ſcriptura eo videtur demittere majeſtatem ſuam, ut ſua opera ab hominibus judicari velit, in Ierem. 2, 5. laudat verba Theodoreti, Quis ſatis idoneus ad extollendam laudibus pro dignitate benevolentiam Domini atque humanitatem: quippe qui non judex judicat, ſed quaſi REVS defenſionem proponit & vult convinci. Cumque ſit DEVS Sacroſanctus, iniquis hominibus dicit quid peccavi? Mich. 6, 3. Iam ſe, inquit, DEVS hominum judicio judicandum ſubmittit, & rogat, an aliquid habeant, quod in ipſius natura & moribus accuſandum putent? hæc Sanctius.

Se judicari ſuſtinebit.

*Ita Samuel in ſolennibus oncilijs* (denuo *Caſpar Sanctij* verba repeto è Comment. ad 1. Sam. 12. 12. pag. 224.) *integritatem ſuam coram omnibus probari voluit aut ſpectari. Quare concionem habuit plenam dignitatis, plenam officij; vitamque ſuam, & adminiſtrationis modum iniquis etiam judicibus explorandum, & examinandum propoſuit, paratus reddere, ſi quidpiam iniquè ab aliquo ſuſtuliſſe arguatur: neque verendum eſſe cuiquam putabat*, quo minus objectare audeat quicquid in ipſius vita minus probet, aut quod velit à lege, aut publico judicio

cio correctum. Et mox pagin. 225. ab his qui prætorio munere, aut ſimili aliquo Magiſtratu defuncti ſunt, exigi ſolet publica, ac ſevera ratio obiti miniſterii, an excubias egerint, quas exigit Reipublicæ neceſſitas, an ſpoliarint ſubjectum ſibi publicum & publica commoda ad privatos uſus converterint, an repetundarum crimen admiſerint, quod forenſe vulgus Reſidentiam appellat? Quod ab his, qui defuncti ſunt præfectura, exigit Reſpubl. id ultro ſubire vult Samuel, judicemque ſuæ vitæ, & cauſæ vult eſſe DEUM, cujus intelligentiam nihil latet, & Regem ipſum tunc unctum publicè atque ideo Chriſtum Domini, cujus neque cenſuram reſpuit, neque Imperium recuſat Putat autem Ioſephus, uſque adeo Samuelem avidè ſtuduiſſe ſuam vitam & mores in publico illo conventu examinari, ad ſeveriſſimam amuſſim, ut non ſolum petierit, oraritque, ſed etiam per DEUM adjurarit populum, ut de ſuis rebus diligenter ſtatuat videat, & ſevera cenſura caſtiget, ſi quid in tot annorum adminiſtratione peccatum ſit.

Vacat hæc res periculo, cum in tantâ, quam jactant, bonæ cauſæ fiduciâ ut veritas, ita & Eccleſia Romana, ut ajunt ſit inexpugnabilis. *Liberum*, inquam, à Dominio fidei 2.Cor.1.v. ult. *Chriſtianum* in Chriſti nomine cellectum. 4. *Normâ Sacroſanctum* quæ eſt ſcriptura ſacra & magiſtra ſola ac adæquata, à qua anathemata in ſcandaloſos vibrantur. *Sacroſanctum* inquam Auctoritate Canonicâ, ſi ab auctoribus Canonicis decreta profecta, qualis fuit in primo Apoſtolico concilio, Decretoriâ in iis, quæ ad ordinem & mores pertinent, adeoque tanta, quanta eſt Principis in ſanciendis legibus, ac ideo deciſiva, deciſione non judiciali, ſed miniſteriali & Diaconica, in punctis fidei;

fidei: conſequenter vel ab uno Paphnutio, ſaniora è ſcripturis docente, refragabili. Unde & antiqua concilia recipiuntur, non quod ab illis Patribus definita, ſed quia, quod recte definita, juxta cum illis è ſcripturis agnoſcimus. Hunc in modum, juſtum pulcherrimæ compoſitionis carmen conficietur, &, quæ verba ſunt *Philippi Melanchth.* in conſil. Theol. pag. 121. *talis cœtus vere eſt Angelicus, canens hunc hymnum. Gloria in excelſis Deo & in terra pax, &c.* Communi voto expetitum, eò quod ſit πλειων πλειόνων μελέτη Digna eſt quæ integra hîc deſcribatur ſententia Luth. tom. 7. Witt. pag. 541. Hie ruffen wir vnd ſchreyen vmb ein Concilium, vnd bitten die gantze Chriſtenheit/ vmb Raht vnd Hülffe wider dieſen Ertz-Kirchenbörner vnd Chriſten Mörder/ daß wir dieſen Artickel St. Petri möchten wieder kriegen. Wir begehren aber das Concilium alſo/ daß man hierinn keine Neſtoriſche oder Eutychiſche dialectica brauchen wolte/ die ein Stück gibt oder bekennet/ aber das conſequens oder ander Stück leugnet/ wir begehren den gantzen Articul rund vnd rein/ wie er von St. Peter geſetzt/ vnd von St. Paul gelehret iſt/ nemlich/ daß man darbey auch alles verdamme was da folget/ auß dieſem Articul verdambt ſein/ oder wie es St. Petrus nennet/ die vnträgliche vnmügliche Laſt/ vnd S. Auguſtinus/

die

die vnzehliche Laſt von Biſchoffen auff die Kirchen geladen / denn was hilffts / wenn man ſchön gibt das erſte Stücke / Es ſey war / daß wir allein durch die Gnade Chriſti müßen gerecht vnd ſeelig werden / vnd doch das ander Stück nicht folgen läßt / das darauß folgen muß? Als da S. Paulus ſagt / Iſts Gnade / ſo iſts nicht Werck / ſinds Werck / ſo iſts nicht Gnade? Vnd S. Petrus / iſts Gnade / ſo iſts die vnträgliche Laſt nicht / iſts die vnträgliche Laſt / ſo iſts nicht die Gnade Chriſti / welches heißt GOtt verſuchen. Auch S. Auguſtinus / da Chriſtus wolte die Kirchen mit wenig Ceremonien beſchwehret / ja viel mehr frey haben / ſo hat er ſie nicht wollen von vnzehligen Laſten der Biſchoffe vnterdrückt haben / daß die Kirche ärger dran iſt weder die Juden / welche von GOttes Geſätzen beſchwehret waren / vnd nicht ( wie die Kirch ) von Menſchlichen vermeſſenen frevelen Auffſetzen. Solche dialectica S. Petri / S. Pauli / S. Auguſtini wollen wir haben / die deß H. Geiſts dialectica iſt / die es gantz gibt vnd nicht auff Neſtoriſch zerſtücket / oder eins allein will laßen wahr ſein / vnd das ander / ſo auß demſelben auch muß war ſein / nicht will laßen war ſein. Sonſt were es gleich / wie von etlichen Königen Iſrael vnd Juda geſchrieben iſt / daß ſie den rechten Gottesdienſt wohl wiederumb anrichten / aber die Höhen vnd ander Altär vnd Gottes-

dienſte

dienſte nicht abtheten / welches der Prophet Elias heiſt/in beede theil hinckē/wir Teütſchen heiſſens / zween Schwåger mit einer Schweſter machen wollen/alſo wolten ſie einem Volck zweyerley Gott geben / oder wann ſie faſt reformirten/ neben dem einigen GOtt/ auch einen frembden andern Gott laßen bleiben.

§. 18. At vero, *inquies*, conciliis nihil proficitur? quot hodie ſunt hæreſes (nominatim Anti-Trinitaria, Photiniana) in conciliis olim anathemate perculſæ, nondum tamen penitus ſopitæ? Eſt hæc non nova, ſed vetus querela *Gregor. Nazianz.* epiſt. 42. *ego ſi vera ſcribere oportet, ita animo affectus ſum, ut omnia Epiſcoporum concilia fugiam, quoniam nullius Concilÿ finem lætum fauſtumq́ vidi. Reginaldus* inſuper in Calvino-Turciſmo l. 1. c. 3. addit, *Iuſtum concilium nunquā poſſe ex proteſtantiū Eccleſiis cogi, quia illi nunquam convenire poſſunt Primo, vel de ÿs qui in hoc conciliū ſunt admittēdi: Secundo, vel quibus ſcripturæ aut aliorum ſcriptorum libris controverſiæ ſint decidendæ. Tertiò, vel qui futuri in conſilio ſint Iudices. Quartò, vel denique quæ ſit futura Canonum auctoritas, quia Proteſtantium doctrina privato cuivis poteſtatem largitur de Concilÿ univerſalis decretis judicandi*: Sed reſpondetur ib. in plerisq; non artis ſed artificis vitium fuiſſe; nec faciliùs ſcopum obtineri per Romanorum conciliorum rationem. Quâ viâ, ait *M. Anton. de*

*Dom.*

*Dom.* l. 6. c. 8. n. 23. pag. 713. *Si quæratur pax, facile dicam quod facilè fiet, ſolâ ſcilicet partium diſsidentium collatione in Concilio libero generali, bene tamen per ipſos Principes ordinato & gubernato. Quod ſi Concilium factioſum, ſervile, ac ſiniſtrum ſubornetur, ac eo conatus dirigantur, ut quod Romani tantum docent ab omnibus credatur, & ut Romanæ Monarchiæ Eccleſiæ omnes à Chriſto factæ libera colla ſubdant, & captivæ contra jus fasque teneantur, irriti erunt hujusmodi conventus, & perturbationes ſemper majores conſequentur, nihilque prorſus aliud niſi graviora mala & ſcandala etiam in temporalibus contra ſeipſos Principes ipſi excitabunt. Non enim DEI opus peragunt, ſed humanum, qui his technis religioni illudunt: conſilium vero, quod à DEO non eſt, cito ſemper diſsipabitur.*

§. 19. Nunc Tridentinum quale? neque rectum, neque ratum; in quo finis fuit non pax ſed anathematizatio hæreticorum. Ita enim Scipio *Henrici* in cenſurâ Petr. Suav. *eſt*, inquit p. 118. *hæretica propoſitio, aſſerere: Concilium hoc, vel inſtitutum, vel inſtituendum fuiſſe ut diſcordantes de Religione ſententias conciliaret, ſed potius Catholica ſententia eſt, Concilium Tridentinum inſtitutum fuiſſe ad declarandas falſas atque hæreticas opiniones illas quæ Catholicæ veritati adverſantur.* I. *Coactor, Præſes, Iudex,* Spiritus informans

formans, *Pontifex fuit Romanus*: Præſes αὐ-τόκλητος, qui in jus Cæſareum involavit, interminatus, teſte Petro Suave, *daturum ſe operam, ut uterque, Cæſar* (quem hæreticum vocare eſt auſus) *& Ferdinandus cum maximo ſuo cordolio intelligant, quàm gravi injuriâ ſedem Apoſtolicam violarint: convocaturumq; ſe, vel ijs invitis, Concilium Laterani, ut cognoſcant quantum poßit ſancta ſedes, tenentē eam Pontifice generoſo; ingentisque animi pleno. Se regibus cunctis eſſe ſuperiorem, nollē ſe arctam cum quovis eorum familiaritatem, ſibi conceſſam regnorum immutandorum poteſtatem; ſe eorum, qui Reges, Imperatoresque ſolijs deturbarint ſuis, eſſe ſucceſſorem. Senator monopola*, de quo dicas (non illud, viſum eſt Sp. Sancto & nobis ſed) viſum eſt Sp. S. & mihi. *Iudex Reus*, quod σιδηρόξυλον fruſtra tuetur *Tanner.* in Antichriſto proſcripto præſcript. 8. pag. 158. regerens, *à regulâ* (neminem eſſe judicem in propria cauſâ) *excipiendum ſupremum Iudicem, alioquin neque Chriſtus ſecundum humanitatem de blaſphemijs judæorum in ſe jactis ſententiam ferre, eosque legitime damnare potuiſſet: nec Rom. Pontificum ullus; ullum hæreticorum Rom. fidem & Eccleſiam impugnantem, condemnare.* Hæc *Tanner.* l. cit. Quæ inſtantia ſi valet, nullus unquam tyrannus judicari potuit. Quæro primum, an cum (ille ſc. Utopicus

ac tardigradus) Antichriſtus aliquando, ſi Diis placet, venturus eſt, venturus autem ut DEUS, & conſequenter ſupremus judex, Lojolitæ præcipuiè, ora aperturi, calamosque in illum ſtricturi ſint, num muſſitaturi? hoc poſterius abſit à tantis Eccleſiæ Rom. columinibus. Erunt igitur vocales, erunt ſcribaces, Antichriſtum detecturi, hic vero dicet; Ego ſum ſupremus judex, vos rei eſtis. Quid dicturi illi? Quid ſupremo judici in foro ſoli liceat, viderint politici: ego hic repeto exemplum ſupremi judicis DEI. Is ut conſcientias convincat, quaſi ad reorum partem deſcendit, adque conſcientiæ judicium, tanquam ſe ſuperius eſſet, rem refert. Chriſtus ipſe non damnavit Imperio, ſed Elencho convictivo. Fuit autem Papa Reus incorrigibilis, qui quidvis aliud quàm jus à concilio audire voluit. Fac enim evictum tunc fuiſſe Papam à fidei viâ declinaſſe, num reſipuiſſet? num à ſe facto initio conclamatum Eccleſiæ malum ſuſtuliſſet: ſeipſum retexuiſſet? credat Judæus Apella. nam etiam Papa hæreticus, ſi Bellarmino credimus, Papa religionum omnium hoſtis ſacrorumque prædo, à populo Chriſtiano, à quo dignitatem non accepit, eminentiæ gradu deturbari nequit, ſed potius magnâ patientiâ tolerandus eſt. *Quoniam autem nonnulli*, ita Bzov. ad ann.

1562. pag. 478. *emendationis Eccleſiæ cupidi, ejus initium à curiâ Romanâ eſſe introducendum contendebant, atque ab Hoſio poſtulabant, ut operam dare vellet quo Curiæ reformatio inſtitueretur, ille tale reſponſum ſe dediſſe memorat ſcripta epiſtolâ ad Caniſium. Verè Magnus Imperator ille Conſtantinus, cum oblati ſibi fuiſſent libelli quibus crimina quædam ſacerdotum & Epiſcoporum continebantur, non ſatis habuit quod eos exuri fecit (cum ſe ab illis, non illos à ſe judicari oportere diceret) verum & hoc inſuper addidit, ſi forte ſuis oculis turpe facinus aliquod Epiſcopum deſignantem conſpexiſſet, obtecturum ſe id paludamento, ne cujus oculi eâ re offenderentur. Nunc quidam pÿs, Orthodoxis & Catholicis Principibus auctores ſunt, non ut ipſi quidem judicent, ſed ut judicari velint, non quemvis Epiſcopum aut Sacerdotem, ſed eum qui Princeps eſt Epiſcoporum, ab his qui veniunt ab illo judicandi, ut membra de capite, oves de Paſtore, ſubditi judicent de eo, cui divino jure ſunt ſubjecti. Quid autem hoc aliud eſt quam ordinem prorſus omnem evertere, & eum in ordinem coactum velle, cujus dignitate ſalva, ſalvus eſt ordo omnis in Eccleſiâ.* Mera poſtulata! exempla obliqua & obliquata! metabaſes εἰς ἀλλογένος, quibus judicium politicum confunditur cum Eccleſiaſtico diſcretivo.

§. 20. In qua II. Senatus nec Oecume-

nicus, nec liber, ſed monopolicus ac ſervus. Non *Oecumenicus*, quia non ex omni tergeminæ hierarchicæ Statu Eccleſiæ legitimo repræſentatore collectus. Unde additamentum ad titulum (*Sacroſancta Synodus Eccleſiam univerſalem repraſentans*) non placuit Patribus, veritis, interprete Epiſcopo *Feltrenſi*, ſtatim hinc argumentaturos Proteſtantes, omnibus Eccleſiæ ordinibus ſuffragium in Concilio permittendum: cumque duo ſint, Eccleſiaſticus & ſecularis, Eccleſiam debito modo non repræſentari, excluſis Laicis. *Non liber*, utpote παῤῥησία tremefactâ, juramento adſtrictus tam ferreo, quod nulla veritatis efficacia perrumpat: *Ego N. N. juro quod ab hac hora, ut antea, fidelis ero Domino meo Papæ, &c. Non ero neque in Concilio, neque in facto ut vitam perdat aut membrum, vel capiatur mala captione, conſilium quod mihi aut per ſe, aut per literas, &c. manifeſtabit ad ejus damnum nulli pandam: Papatum Romanum & regulas S. Petri, adjutor ero, ad retinendum & defendendum contra omnem hominem, jura, honores, privilegia & auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ & Succeſſorum ejus conſervare, defendere, augere, & promovere curabo; Regulas S. Patrum, decreta, ordinationes, ſententias, diſpoſitiones, reſervationes, proviſiones & mandata Apoſtolica totis viribus obſervabo, & fa-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/168
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*& faciam ab omnibus obſervari ; Hæreticos, ſchiſmaticos , & rebelles Domino noſtro Papæ pro poſſe perſequar & impugnabo.* Ita hominem ſervum domitos habere oportuit oculos & manus orationemque. at quid Apoſtolus contra? *ne ſitis ſervi hominum.* In qua III. *Reus nec admiſſus, nec auditus, etſi invitatus.* Equidem Stanislai *Hoſii* Card. hac in re ſtudium ex ejusd. ep. ad Caniſium deprædicat Bzov. ad ann. 1562. pag. 475. *cuperem*, inquientis, *verum eſſe quod dicitur, quod miſſuri ſunt Elector Saxoniæ huc, & Brandeburgenſis, ac neſcio quis tertius. DEVM precamur ut veniant, quocumque tandem animo illis venire decretum eſt. Etiam Saul ad perſequendam Eccleſiam profectus erat, factus eſt nihilominus Paulus & ex perſecutore Apoſtolus. Saul ad occidendum David feſtinabat, incidit in cuneum Prophetarum, prophetavit & ipſe. Balaam ad maledicendum populo conductus fuerat Iſrael, quem cum vidiſſet, benedixit. Veniant, veniant, quocum animo veniant, reperient hic viſcera Paternæ charitatis plena, ſuper capita eorum carbones ignis congerentur, nec aliud erit nobis propoſitum, quàm ut non vincamur à malo, ſed vincamus in bono malum.* ibidem, cauſam ( ſed falſam ) allegat hanc; *iſti Miniſtri, qui novi cujusdam Evangelij ſunt auctores, videntur cauſæ ſuæ prorſus diffidere, quandoquidem ex latibulis in lucem prodire non*

 *audent.*

*audent. Nam quì male agit, odit lucem, quì bene agit, venit in lucem ut manifeſtentur opera ejus. Mirum autem eſt, quod metuunt exemplum Iohannis Huß, cum etiam ſanguine ſuo, novam ſuam doctrinam confirmare parati eſſe deberent. Sic enim Apoſtoli factitarunt, cum novam Chriſti doctrinam propagarent. Adeque autem ſunt ſtupidi, ut non intelligant alia nunc eſſe tempora, quàm tunc fuerunt, quando de Ioanne Huß, quod ille meritus erat, ſupplicium ſumtum eſt? Nam in uno tantum regno pauci quidam defecerant, nunc diverſa eſt ratio. Etiamſi nullas haberent ſalvi conductus literas, tutò tamen huc eis venire liceret. Quid enim lucrifaceret ſacrum Concilium, ſi unum aliquem ex Germaniâ, vel Poloniâ venientem hæreticum ſupplicio curaret afficiendum? Quamobrem vel ſenſus ipſe communis poterat illos docere, quod etiam absque ſalvo conductu ullo, ſine aliquo diſcrimine, verſari hîc eis liceret, niſi fortè facinus aliquod capitale committerent, quod nec apud ipſos hæreticos impunè cuiquam liceret, ſed verum eſt illud: qui male agit odit lucem.* & ibid. *Sicut Marcolphus, vel Æſopus olim nullam dicitur arborem in ſylvis reperire potuiſſe, in quâ ſuſpendi vellet; ſic iſti, cum ſibi conſcij ſint, ſe veterum hæreticorum dogmata renovaſſe, quæ pridem ab Eccleſiâ damnata ſunt.* Hæc quidem Hoſius, ὀυχ ὁσίως ſed σοφιστικῶς! nam & aucu-

pis

pis fiſtula dulce canit, volucrem dum decipit: & hyena canes invitat. Marius negavit ab hoſtibus conſilium ſe accepturum eſſe; negamus & nos ab iis, quibus ſolenne, pacem orare manu, præfigere puppibus arma. Non ſanè temere factum, quod in prima ſeſſione Epiſcopo Bitontino (Prophetabat enim) excidit comparatio cum equo Trojano: confluerent ad Concilium tanquam equum Trojanum; quod Patres malè habuit, æquiparare concilium Equo Trojano, machinæ fallaciſſimæ atque inſidioſiſſimæ. negamus ad Vaticani cœli denunciationem ſtatim equis ciſiisque advolandum fuiſſe. Is enim vocavit, quem agnoviſſe judicem, id ſit cauſa cecidiſſe; illius judicio Scripturam S. ſubjeciſſe, id ſit è pluteis & vallis exiiſſe, ſequemet inſidiis expoſuiſſe. illius, qui (teſte *Scipione Henrici* in Cenſ. adverſ. Petr. Soar. pag. 23.) Cæſari ſcripſit *ſe adverſus proteſtantes, & ſpiritualia, & temporalia arma collaturum.* Cum D. Pauli arbitrio permitteretur, velletne Hieroſolyma abire, & ibi judiciorum ſubire aleam, ad Cæſaris, inquit, ſto tribunal, *Cæſarem appello*, Nihil Paulo in mora fuit, quo minus Hieroſolyma abiret, niſi quod & noſtros homines domi retinuit. Nec Apoſtoli niſi ſpiritu alligati, periculis præſentibus caput dederunt adverſum; licitam fugam

in caſu perſecutionis perſonalis, jam olim contra Tertulliani argumenta obtinuit Athanaſ. *Ergone*, inquiunt non malè Remonſtrantes in præf. act. p. 5. *Athanaſium, qui nunquam non geſtiebat in pugnam contra Arianos, & certamen avidè ſemper poſcebat, cum Tyri in concilio Arianos adverſarios ſuos rerum potiri videret, & ſubito inde aufugeret, ſolo aſpectu venerandæ Synodi perturbatum fuiſſe diceret Molinæus & φυγοδικεῖν cœpiſſe? Et Paulinum Epiſcopum Trevirenſem tergiverſatum, cum Auxentium Epiſcopum, & ſocios ejus ſiniſtra quadam contra ſe moliri intelligens, ſubito Mediolano ex Concilio diſcederet? & Cyrillum, Hilarium, Chryſoſtomum, Nazianzenum aliosque moras nectere voluiſſe, eò quod ad Concilium vocati venire recuſarent?* nec ſerpentinæ prudentiæ conſentaneum, ſine commeatu ac ſalvo conductu in hoſtiles terras concedere, & credere literis, quæ inducere facilius potuerunt quàm ducere: Ac ut alia fuerint tempora Huſſitica à Tridentinis, eadem tamen ſanguinis hæreticæ ſitis erat. Status Evangelici in rationibus ſuis hæc urgent: Decreto Conſtantienſi, quod hæreticis, opinione Papiſtarum talibus, fides data ſervanda non ſit, nunquam in Papatu fuiſſe publicè contradictum, aut derogatum, ideoque tamdiu haberi pro valido, ac proinde cavendum eſſe: præſer-
tim

tim cum, ut hodierna Schola Jeſuitica definivit, ſalvus conductus non valeat contra juris executionem, valeat ſolùm contra vim iniquam. Nimirum, quod Vulpecula Leoni dixit;

——— hæc me veſtigia terrent,
Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Marcolphi fabula Marcolpho digna eſt, non Hoſio. Vince primum, judicium Tridentinum legitimum eſſe; convince nos hæreſeos, poſt optione arboris datâ, condemna. Cauſæ recuſati Concilii Tridentini integro libro congeſtæ proſtant: cui addere licet Apologiam Proteſtantium ad Ferdinandum Regem, quæ extat in Conſilio Theol. Philippi Melancht. pag. 148. Confer Hauptvertheidig. deß Augapffels cap. 12. Falſi conductus prætextum eliſit *D. Hülſem. Manuali Aug. Conf. Diſp. 19. pag.* 1119. quanquam non opus ſit longiori apologiâ. Verbo dicam, venerunt, ſtiterunt ſe invitati, pauculi ſe toti conſpirationis globo objecerunt: qua autem fide excepti, tractati, dimiſſi, ex hiſtoricâ fide prolixè oſtendit noſter *D. Hülſemanus* loc. cit. pag. 1122.

§. 21. In quâ IV. Scriptura S. Canonica, authentica, ſola, non fuit norma, ſed à Pontificis ſenſu animata, traditionibus & apocryphis ſociata, vulgatæ verſionis Latinitate donata. Quod pſeudo-principium in

Hodo-

Hodomoriâ detegimus. In qua V. nodi Gordii argumentorum non diſputationibus, ſed anathematis ceu gladio Alexandrino diſſecti. Cui denique contradictum non à noſtratibus tantum, ac nominatim Statibus Imp. in declaratione paulò ante intimatâ cauſarum, ob quas hoc Concilium aſpernarentur; non à politicis duntaxat. *Accedebant enim* (repeto verba *Bzovij* ad an. 1562. pag. 472.) *& Cæſaris, & Regis Galliarum, & Regis Hiſpaniarum, & aliorum, qui vel ſummi Pontificis auctoritatem imminui, vel Proteſtantibus nonnulla concedi volebant, vel nimis anxiè, & ambitioſe in Romanæ Curiæ meſſem falcem mittere tentabant, importunæ propoſitiones, de poteſtate Concilij ſupra Papam, de jurisdictione & reſidentiâ Epiſcoporum, de conjugio Sacerdotum, de calice Laicorum, de emendatione Curiæ Romanæ & alijs.*

Ioh. Lætus in Compend. hiſt. univerſ. è Thuano & aliis hæc in eandem ſententiam repetit: Pius IV. Concilium Tridentini anno ejus ſeculi LXI. Proteſtantes ad illud per diploma ac Legatos invitans, reſtauravit & ad Germaniæ quidem principes brevia miſſa, cum inſcriptione, Dilecto Filio, Nobili Viro, Duci aut Comiti. Sed Principes illa non reſignata Legatis remiſere, cum reſponſo, Nullam ſe jurisdictionem Pontificis agnoſcere, neque vero opus eſſe, ut Pontifici quid ſuæ voluntatis ſit in concilii negotio, cujus indicendi aut habendi poteſtatem ipſe non habeat, aperiant. Daniæ Rex non diſſimiliter iis reſpondit, nihil parenti ſuo Chriſtiano, nihil ſibi unquam cum Pontifice negotii interceſſiſſe, nec proinde mandata quæ ab eo haberent, cognoſcendi cupidum eſſe. Eliſabetha autem Regina legatum è Belgio in inſulam trajicere prohibuit. Inchoato concilio Guido

Faber,

Faber, Legatus Caroli IX. Reformationem Eccleſiæ vehementer urſit, in mores depravatos Cleri acerbè invectus, ſed ab Italis Præſulibus irriſus addito à quodam ſcommate, Gallus cantat. Petrus Daneſius Epiſcopus Vaurenſis ex Gallia miſſus graviter & ſerio ad id reſpondit, utinam hoc gallicinio Petrus ad reſipiſcentiam & fletum excitetur! poſtulabat idem Rex à Pontifice calicis uſum in Cœnâ Domini, ſed oppoſuit ſe acriter Cardinalis S. Angeli, dicens, ſe nunquam pharmaci loco poculum toxico refertum populo Gallico propinaturum, multoque ſatius eſſe ſinere eum reſpirare, quàm ut ad remedia adeo exitioſa deveniatur. replicuit Legatus, indignum eſſe ſacri Ordinis Proceribus, ſanguinem Chriſti appellatione veneni violare, & ſanctos Apoſtolos, omneſque Eccleſiæ primitivæ Patres, & multorum poſt ſeculorum, qui mortalium inſigni emolumento ſpirituali cunctis calicem illum ſanguinis miniſtrarunt, habere pro veneficis. Ferdinandus Imperator, qui hoc ipſum cum Alberto Bavariæ Duce expoſcebat, obtinere non potuit. ideo non ſine indignatione obverſus ad filium Maximilianum exclamavit, quadraginta annis offenſus fui generationi illi, & dixit ſemper, hi errant corde. Petebant præterea, matrimonium Sacerdotibus concederent, ſed & hoc denegatum, quia matrimonium (ajebant) Presbyteris concedere non aliud ſit, quàm Hierarchiam Eccleſiaſticam deſtruere, & Pontificem redigere ad Romæ ſolius Epiſcopatum. ne calicem quidem (ita *Card. Hoſius* de expreſſo Dei verbo pag. 154.) Pontifex porriget ſuâ alioquin opinione indifferentem, quin totius Papatus ruinam pertimeſcat. Confer Scip. *Henrici* in Cenſ. Petri Scav. hiſt. Concil. pag. 88.

Sed & ab Epiſcopis ipſis & Doctoribus Romanenſibus, idque vel ἐντῶς in ipſo Concilio, cujus decretis qui contradixiſſent, totum Catalogum collegit D. *Hülſem.* in Manual. Aug. Conf. pag. 1104. *non deerant,* verba ſunt *Bzovij* ad ann. 1563. num. 1. pag. 483. *plerique etiam ex Epiſcopis, qui Cæſarem Romanorum, Galliæ, Hiſpaniæ, Bohemiæ, &*

*Vnga-*

*Vngariæ, Poloniæ & Luſitaniæ Reges, ad imminuendam Pontificiam dignitatem inflammarent, importunas, & captioſas controverſias, de inſtitutione & reſidentiâ Epiſcoporum moventes, reformationem Romanæ Curiæ ad ravim uſque vociferantes, cum etiam alij uſum Calicis, conjugia Sacerdotum, linguæ vernaculæ conſuetudinem in ſacris, rituum Rom. Eccleſiæ mutationem urgerent. Lotharingus Cardinalis à Rege Galliarum, unà cum XXIV. Epiſcopis Gallis Tridentum miſſus, eadem ferè quæ Cæſarei, & tam Regis Romanorum, ac Poloniæ, quam Bavarici, Auſtriaci, Bohemici, Vngarici Oratores, de his quæ ad religionem ſpectant, diſputabat, nec non unanimi cum Hiſpanis & aliјs conſenſu, quæ anarchiam inducerent, vehementer propugnabat, quin & Oenipontem profectus ad Cæſarem, quo etiam Rex Romanorum, Archidux Ferdinandus, Dux Bavariæ, & Archiepiſcopus Saltzburgenſis convenerant, eorum Principum animos erga Pontificem & Patres Tridentini Concilij ſaucios exulcerare non intermiſit, atque diſputationi, ſeu conſultationi de Pontificis poteſtate coërcenda interfuit. Decem & ſeptem articuli ad eam materiam ſpectantes in conſultationem adducti fuerunt. præcipuè ab Andreâ Dudithio Epiſcopo Quinque Eccleſienſi, qui in Concilio Tridentino clarus, Maximiliano Cæſari carus* (videndus de illo Thuanus l. 96. p. m. 476.) *pòſt fortaßis*

*taſſis ipſius concilij ductus iniquitate alienus factus à papali religione, hoc de Tridentino Senatu reliquit judicium, à Petro Suavi præfixum hiſtoriæ Tridentinæ. Quid profici potuit in eo Concilio, in quo numerarentur, non ſuis momentis ponderarentur ſententiæ? ſi cauſa, ſi ratione pugnandum fuiſſet, ſi pauci quidam ſocij nobis adfuiſſent, viceramus, quamvis pauci, magnas copias adverſariorum: ſed cum numerus tantum prodiret in aciem, quo longè inferiores futuri fuiſſemus, in optimâ cauſâ victores diſcedere non potuimus; ſingulis noſtrum centenos de ſuis Papa potuit opponere: ac, ſi centeni parum multi viderentur, repente mille creare potuit, quos ſuis laborantibus ſubſidio mitteret. Itaque videre erat, quotidie famelicos & egentes Epiſcopos, ex majori parte barbatulos adoleſcentes, luxuque perditos Tridentum volitare, conductos ad ſententiam ſecundum Papæ voluntatem dicendam, indoctos quidem & ſtolidos, ſed tamen impudentiâ & audaciâ utiles. Hi cum ad veteres adulatores Papæ acceſſerant, tum vero victrix exultabat iniquitas, neque decerni iam quicquam potuit, niſi in eorum ſententiam, qui Papæ potentiam luxumque defendere, ſummam religionem arbitrabantur. Erat aliquis Viri gravis & eruditus, qui tantam indignitatem ferre non poterat. hic, ut non bonus Catholicus, terrore, minis ac inſectatione à Concilio ad proban-*

*dum*

*dum quæ nollet, traducebatur. In ſumma, in eum ſtatum res eſt adducta, iſtorum, qui illuc facti inſtitutique venerant, improbitate, non ut jam Epiſcoporum, ſed larvarum; non hominum ſed ſimulacrorum, quæ nervis moventur alienis, ut Dædali ſtatuæ fuiſſe perhibentur, Concilium illud videretur. Erant Epiſcopi illi conductitij plerique ut utres, ruſticorum muſicum inſtrumentum, quos ut vocem mittant, inflare neceſſe eſt. Nihil habuit cum illo conventu S. Spiritus commercij, omnia erant humana conſilia, quæ in immodica, & ſanè quàm pudenda Pontificum tuenda dominatione conſumebantur. Illinc reſponſa tanquam Delphis aut Dodona expectabantur: illinc nimirum Spiritus ille S. quem ſuis Conciliis præeſſe jactant, tabellarij manticis incluſus mittebatur: qui, quod admodum ridiculum eſt, cum aliquando, ut fit, aquæ pluviis excreſcebant, non ante advolare poterat, quàm inundationes deſediſſent. Ita fiebat ut Spiritus non ſuper aquas, ut eſt in Geneſi, ſed ſecus aquas ferretur.* O portentoſam & ſingularem dementiam! Ratum nihil eſſe poterat, quod Epiſcopi, tanquam plebs, ſciſcerent, niſi Papa auctor fieret! *Ioh. Lætus* hæc addit p. 569. *Claudius Sanctius* celebertimus Theologus Lotharingo Cardinali à Conſiliis, cum ſolenne carmen in Concilii primi Apoſtolorũ clauſula uſurpatum; *viſum eſt Spiritui Sancto & nobis,*

*nobis*, repeteret, crebro ſolitus dicere, *in Tridentina Synodo plus nobis quam Spiritui S. tributum eſſe*! Claudius Eſpenſæus non minor Theologus præclare: *Merito in Concilio Baſileenſi Ludovicum Arelatenſem Cardinalem queſtum eſſe, in Conciliis id demum fieri, quod nationi placeat Italicæ*, & hæc illa eſt Helena quæ nuper Tridenti obtinuit. Vel denique *conſequenter*. Nam ſi judex controverſiarum non eſt, niſi qui ore præſens ſententiam fert ultimatam, ac dicit, tu *Gretſere male ſentis*, tu *Iacobe Heilbronnere viciſti*: Judex non fuerit Papa abſens, cujus per vicarios aut nuncios relata definitio periculo erroris non vacat. Rurſus quicquid in Synodũ Dordracenam jactat Adam Conzen l.9.polit. c.24. quicquid de eadẽ *Piaſec*. in Chron. memoravit pag. 316. de Tridentina æquè valet: *Silentium imponitur mollibus* (Lutheranis) inquit Conzen, *accuſare æquum cenſent, vocem reſpondentis interclu-ſam volunt. Haud ſtultè ſapiunt, facilis victoria, ſi cum muto decertes, ſi, quæ omnium gentium divino jure conceſſa eſt ſemper accuſatio, defenſis denegetur. Quomodo enim tot calumniis debilitata, tot odiis agitata veritas æquitate judicum recreabitur, & conſiſtet, ſi inaudita atque indefenſa damnatur? Barbarum omnino facinus, nec Lugdunenſibus, nec Scythicis cognitum aris, ut veluti reus pereat,*

*cui*

*cui negatum eſt innocentiæ patrocinium.* Piaſec. hæc habet pag. 126. *Inchoata itaque Synodo, præſidente in ea Ioanne Bogermano Paſtore Leovandienſi, Arminiani primum oppoſuerant, quod ſe ſubjicere non tenerentur tali Synodo, quæ libera cenſeri non poſſet, cum in ea ſui adverſarii præſiderent, ac ſimul Iudicis & Actoris partes agerent, nec impugnari ſinerent rationes Calviniſmo contrarias; ſed pro arbitrio, poteſtate abſoluta opinionem propriam aſſererent, eamque credendam docendamque juberent. In quo non auditi, cum interpellatione oppoſitâ diſceſſum pararent, interdicto detenti, ſubſiſtere debuerunt. Et continuatis ad initium menſis Maij ſeßionibus, illa Synodus plures concluſiones contra Arminiana dogmata ſancivit; eaque omnia damnavit, una cum quinque de prædeſtinatione articulis, (licet iſti non multò ante judicio Ordinum Generalium fuerint approbati) qui Calvinianæ doctrinæ repugnabant. Nec aliud fortius argumentum Reformatis contra Arminianos ſuffragabatur, niſi quod Reformatæ Religionis vinculo ab initio fœderis ſui Provinciæ illæ Belgii fuerunt colligatæ, & verendum eſſet ne eo diſrupto, tota quoque compages Reipub. illius diſſolvi & corruere deberet. Libertatem quoque conſcientiæ, defenſores iſti Calviniſmi, præſertim Orator Angliæ Regis, in illis initiis cautam fuiſſe omnibus ajebant, non ad novam Religionem introducendam*

*tendam ſed ad Reformatam tunc receptam aſſerendam & propugnandam ) ſanè digna rationes propter quas retinenda fuiſſet illis populis Religio Catholica Romana, in cujus cultu concordes plus mille annis floruerunt ) durante adhuc Synodo Concionatores Arminiani omnes è ſuis cathedris fuerunt ejecti, & eorum loco Reformati ſubſtituti, non ſine labore armatorum in compeſcenda plebe, præſertim Alcmariæ, Hornæ, Roterodami propterea tumultuante.* Confer D. Nicol. Hunn. in διασκεψ. ded. n. 31. & ſeqq.

§. 22. 3. Ajunt Confeſſores. Es ſollt der Glaubensſtreit durch das Trident. Concilium hingelegt werden. Ergò factum eſt quod debuit? 4. Ajunt ſe de nullo fidei articulo diſſentire ab Eccleſiâ Catholica, h. e. gemeiner Chriſtlichen Kirch/ ut habet exemplar Germanicum. at quomodo Chriſtiana Eccleſia, à quâ Chriſtus longiſſimè abeſt, eo ipſo quod Vicario opus habet: id quod ingenioſe Lutherus evicit tom. 1. Lat. p. 463. *Metuo ne revera plurimi eorum ſint & nimium ſerio Vicarij ejus, Vicarius enim, abſentis principis eſt. Quod ſi Pontifex abſente Chriſto & non inhabitante in corde ejus, præſit, quid aliud quàm Vicarius Chriſti eſt? At quid tum illa Eccleſia niſi multitudo ſine Chriſto eſt? Quid vero talis Vicarius niſi Antichriſtus & idolum eſt? Quanto rectiùs Apoſtoli, qui ſe ſervos Chriſti*

*appellant præſentis, non Vicarios abſentis.* E. etiã à nullo articulo. à Romanâ? Orbis major eſt Urbe. Paulus in nullo diſſenſit ab Eccleſiâ Propheticâ; Ergo nec à Phariſaicâ? ajunt de nullo articulo fidei ſc. præcipuo. hi *ſunt præcipui articuli* teſte epilogo, quales ſunt illi Symbolici in primæ Confeſſionis articulo propoſiti: ſc. tùm controverſo, ac tantum neceſſariò dicendo, rectè expoſito. Germanica Confeſſio ſic habet. So nun in den Artickeln deß Glaubens in vnſerer Kirch nicht gelehrt wird zuwider der heilige Schrifft oder gemeine Chriſtliche Kirche. Ajunt nihil à ſe receptum in doctrinâ & ceremoniis contra Eccleſiam Catholicam. E. & nihil contra decreta Tridentina, quondam coquenda? nihil contra Catechiſmum Romanum receptum? in dem Verſtand / welchen die Römiſche Kirche noch hält. Contra Catholicam ajunt: ubi τὸ καθολικὸν genus eſt æquivocum relatum ad Nicenum & Tridentinum, ſicut exercitus Catholicus ad partem apoſtaticam & conſtantem. Catholicam à Romana diſtinguunt vel *ab Eccleſiâ Catholica vel ab Eccleſiâ Romana.* Ajunt de Eccleſia Romana ſpecificativè: ac virtualiter excluſivâ, *quatenus ex ſcriptoribus* (præcipuè Canonicis, theopneuſtis, primitivis, Patriarchis Eccleſiæ N.T. Apoſtolis, & qui his & quatenus ſunt conſonantes Eccleſiæ Romanæ

adhuc

adhuc virginis, Patribus derivativis: Quin & jam defloratæ Doctoribus ſincerioribus, die bewärteſten vnd glaubhafftigſten/ ante determinationem Tridentinam; in quibus ſemper fuerint vel hi vel illi, qui eam fidem profeſſi ſunt quam Confeſſores Auguſtani, uti in Confeſſione Catholicâ ubertim demonſtrat D. Gerhardus.

Luth. tom. 7. Witt. pag. 586. f. 2. Die rechte Römiſche Kirche/ ſonderlich die vor dem Pabſtumb geweſt iſt/ welche das Pabſtumb nicht hat wollen annehmen noch leiden/ wie wir gehört haben in dem heiligen Gregorio/ auch Chriſtus ohn zweiffel noch etlich Loth vnd ſeine Töchter in der Römiſchen Sodoma hat/ welchen das grewliche Weſen deß Pabſtumbs vbel gefällt.

ajunt tanquam στενολεσχοῦντες, *diſſenſio eſt de paucis abuſibus, privatis, perſonalibus*, ſchlechtẽ. an frivolis? E. tota & tantum? Ergo nõ corrumpentibus, qui carcinomatis inſtar irrepſerunt? ajunt tantum quoſdam abuſus ſe omittere in ſchlechten Ceremonien: ipſa enim quæ ſequitur abuſuum Intimatio & exegeſis, non de ſtrumis concepta eſt ac verrucis, nedum de fumis: aliter viſum eſt Confeſſoribus, longè *graviſſimam & maximam cauſam* ſe agitare, abuſus deſignare, qui bonâ conſcientiâ non poſſint probari, conſuetudines notare contra DEI mandatum introductas, profeſſi. Quicquid hic ex Auguſtino nugatur ὁ ἐξεναντίας, quicquid pro ſchiſmate proteſtantium probando, quicquid contra neceſſitatem ſchiſmatis garrit,

nil niſi petitio principii eſt ad analyſin revocanda. Iidem Confeſſores condemnant omnes ceu rebelles ſchismaticos & Impios hæreticos qui à Catholica Eccleſiâ diſſentiunt. Ergo etiam eos qui à Synagogâ Apoſtaticâ, à Tridentinâ fulmine ſacro Apoſtolico ictâ. Gal. 1. Convenerunt & pacificarunt cum Catholicis in Comitiis Auguſtanis, per Colloquium in controverſis paucis abuſibus (omnes enim non ſunt producti teſte epilogo, jedoch vnbeſchließlich vnd vnvergreifflich) Ergo in omnibus plenè & perfectè? Manet, quod in menſalibus Lutheri extat pag. 92. de Papæ & Lutheri irreconciliabilitate.

§. 23. Ex parte *Reformatorum* prodiit olim *Irenicum Parei*, ſolidè confutatum à *DD. Huttero & Sigvvardo*: nec vidi hactenus qui vindicias oppoſuerit. habet ergo Pareus, & jacet. Exoriantur ex oſſibus pareanis Ultores! hîc Hectores ſunto! *Bergÿ & Spanhemÿ* poſtulatis noſtrum ſalve valedixit. *Duræus* Anglus res ſuas habere juſſus eſt. SAMUEL DIESTIUS ſupereſt, qui Irenicum ſuum loligine & ſanguine, ut leges Draco, ſcripſit in *diſſert. de lite & pace religioſâ Evangelicorū*. *Loligine* inquam, cum hiſtoriam venenatis mendaciis & calumniis, ſpiſſis rancidisque conſpurcat, toties exploſis à noſtris. *Iacobus*, inquit, *Andrea*, *tandem*,

Duisburgi Clivorum Anno 1663.

*dem, ejus fraudibus detectis, in tantum ipſius Electoris odium incidit, ut ejusdẽ ditionibus pelleretur, tantâ cum indignatione, ut ad Chemnitium Elector diceret; ſe quatuor tonnas auri daturum, ſi Polypragmona & garrulum iſtum Suevum in ſuam ditionem nunquam vocaſſet, aut vocato non adeo ſe præbuiſſet credulum: obijt autem Tubingæ an. 90. imo obijt ubiq; ubiquitatis præco* ( paulo ante pag. 135. *Vbiquitatis Apoſtolus* ) *vehementiſſimus.* ſcil. hæc ſunt charitatis & concordiæ ſpecimina! ſic feliciter ſuccedet illa, quam inter media pacis numerat præparatio pag. 206. *à convitijs abſtinendum eſſe*! cautor hîc ipſe non cavit. Medice cura teipſum! legat logodædalus Hutteri concord. concordem, Hoſpiniano præcipuè oppoſitam, ut virus conceptum expuat! *Sanguine* inquam, nam ad hunc uſque porrigitur illud edictum prætorium ejuſdem Dieſtij pag. 217. *Refractarii debita pœna refrenandi ſunt, Eccleſiæ igitur munus porro erit, convitiantes & rixantes, poſt unam aut alteram admonitionem, clavibus Regni Cœlorum ligare, tandemque contumaces à ſacris arcere; nec ullos Eccleſiæ præficere Doctores, niſi viros pacificos, rixarum & convitiorum oſores, quique diſſentientes à ſe Evangelicos, ob diſſenſum non fundamentalem, non exſecrentur & perſequantur, ſed Fratres agnoſcant, e.g. Si Calixtini, & his in animi lenitate &*

*modeſtia ſimiles, rigidioribus Wittenbergenſibus, eorumque ſimilibus, qui quaſi* βοανεργὲς *videri volunt, præponantur. Magiſtratûs item Politici hîc munus erit, eoſdem turbones, pacisque Eccleſiaſticæ adverſarios, ante à ſe ſancitâ refractariis mulctâ ſevere coercere, eamque creſcentibus delictis, augere, eoſdem ab omnibus publicis muniis arcere, & ſolos viros moderatos ad eadem promovere; quin & ſubjectorum ſuorum liberis, ſtudiis operam daturis, turbonum ac durißimorum illorũ hominum inſtitutioni ſe committere, ſub pœnâ denegandæ omnis ad Politica vel Eccleſiaſtica munia promotionis, ſerio interdicant.* Sic Solymitanus olim Magiſtratus Spiritui Sancto reſiſtens, lapidibus Stephanum Diſputatorem ſatis acrem ejecit, ex pari decreto Dominus ipſe in crucem eſt actus.

§. 24. FINIS ad quem collineat, *Syncretiſmus* eſt. Sic enim ille *diſp.3.theſ.* 31. & ſeqq. pag. 295. *Nec intenditur hic doctrinæ inter partes omnimoda* συμφώνησις, *quam quidem ſuo tempore à DEO, ſi ipſi viſum fuerit, ſperamus, & ab ipſo ſolo rogamus, qui ſolus corda movere & mentes illuminare poteſt, ut utraque Párs perfectam, in ſ. l. patefactam, veritatem unanimis intueatur & amplectatur; at eam in reconciliationis negotio hoc tempore urgere vel- [...]mnia reconciliationis negotia turbare. [...] gratiam alterius Partis, à doctrinæ purita-*

*puritate nihil remittendum eſt, ſic nec altera Pars, ob noſtram qualemcunque demonſtrationem, à ſua ſententia, quam quoque veritati S. Scripturæ convenientiſsimam credit, recedere poteſt, quamdiu à* DEO *aliter non perſuadetur. Sed talis tantùm Partium Reconciliatio, Paxque Religioſa hic intenditur, quâ (1.) utrinque conceſſa ſtabiliantur, (2.) diſſenſus toleretur, (3.) fraterna ſocietas conſtituatur. Primùm dogmata, quæ utrinque indubitata & in confeſſo ſunt, mutuo conſenſu adverſus Eccleſiæ Chriſti hoſtes ſtabiliantur. Deinde, ob diſcrepantes opiniones, altera pars alteram ne mordeat & exedat. Gal. 5. 15. nec condemnet fratrem aut pro nihilo habeat Rom. 14. 10. ſed controverſiis legitime, juxta regulas ſuprà à nobis præſcriptas, formatis, deq earum pondere, æq; judicio lato, diſſenſus ille invicem in fratribus toleretur.* Toleretur ergo in eadem civitate Pſeudo-moneta æquè ac juſta, ſine lydio lapide, ſine librâ adhibitâ. Tolerentur in eodē ſtabulo lupus & ovis: in eodem horto roſa & urtica; maritet ſe ignis aquæ, cedrus ſpinæ. *Vt enim* (ita pergit) *in Rep. Cives, animi præſtantiâ corporisve robore aut elegantiâ præeminentes, rudiores, infirmiores, membrove aliquo diſtortos aut mutilos, civitate neutiquam pellunt, ſed concives habent, nævos ipſorum non modo tolerant, ſed & tegunt, ſed & eorum infirmitatibus ſuâ ope ſuccurrunt: ita &*

*in Eccleſia, membra unius corporis myſtici, quorum caput eſt Chriſtus, ſe gerant oportet. Quod præeminere videtur membrum, infirmius aut ignobilius ne contemnat, nec oculus dicat manui, Te mihi non eſt opus: nec caput pedibus, Non eſt mihi vobis opus: nam quæ videntur membra corporis infirmiſſima eſſe, neceſſaria ſunt, & quæ minimè honeſta putamus, ijs honorem ampliorem circumponimus, quæque in nobis ſunt indecora, copioſiorem decorem habent. 1. Cor. 12. verſ. 21. 22. 23. ſed contra alterum alterius infirmitates & nævos toleret ac tegat, alterum de altero bene ſperet, mutuam opem & auxilia præſtet, mutua charitate proſequatur.* Concedo, ſi Reformati ſint fratres, h. e. fidei conſanguinei; ſi ſint cives, ſi ſint membra unius corporis: ſi ſoli nævi ſint, quibus ſe deformarunt, non carcinomata; atqui hoc μέγα λίαν αἴτημα, nec niſi diſputando evinci poteſt. nam ſi Spartacus civis, quis hoſtis erit? Tandem p. 298. *non obſtante illo diſſenſu, ac ſententiarum, rituum, cœtuumque differentiâ, ſocietas fraterna inter Partes ineatur; qua altera alteram, ob aliqualem diſſenſum, illâ communione & conſociatione, quam ſorores in Chriſto Eccleſias decet, non excludat: (nam ecce quam bonum, & quam amœnum eſt, fratres habitare unà? Pſ. 133.) ſed, propter doctrinæ conſenſum, mutuâ & fraternâ charitate, (quam tam ſerio plurima ſcripturæ loca,*

*quorum*

*quorum quædam diſp. 2. theſ. 9. allegavimus, complectatur, debito honore proſequatur, & mutua bella inteſtina in communem Eccleſiæ hoſtem externum convertens, contra ejus impetum invicem ſe tueatur, ac qualibet, quæ ad pacem & mutuam ædificationem faciunt, ſectetur. Rom. 14. 19.) atque verbi ac Sacramentorum communionem petentibus concedat; & ſic, ſemotâ omni ſiniſtrâ ſuſpicione, odio atque amaritudine, corda & animos magis magisque conjungat.* Sic ſiren Paradiſiaca Evam eſt affata! Quid vero, ſi tertius hoſtis ſit Deus ipſe? cui inviſa eſt amicitia inter lucem & tenebras, qui inimicitiam ſanxit inter ſemen mulieris & ſerpentinum. Idem, inter inſtrumenta pacis admittit colloquia, ſed ut particularia Univerſali præmittantur. pag. 300. *de Vniverſali Colloquio multa velle dicere, necdum opportunum judicio, quum Particulares Collationes, ut theſ. 12. dictum, præmittendas arbitrer; de quarum inſtitutione quamdiu adhuc laboratur, fruſtra de univerſali cogitatur: qui enim particularibus repugnant, quomodo in publica conſentient colloquia? aut quamdiu ſinguli ſeparatim in conſociationem necdum conſentiunt, quomodo de conjunctis reconciliandis laborabitur? Particulares collationes ut Vniverſali colloquio præmittantur, omnino neceſſum judicio; ut & ordo naturalis docet, in omni rerum compoſitione à partibus ad to-*

*tum procedere.* Imo natura ſæpe totum corpus componit in generatione, e. g. hominis arte quaſi fuſoriâ facti (ut Mendoza demonſtrat) poſt partes tantum effigiat. præſtaret utique, ſi obtineri poſſet, univerſale præmitti, quo redimeretur mora ac impendium in particularia. Hîc quoque valere poteſt regula eutactica à Philoſopho nullarum partium Doctore Ariſtotele, ἐπὶ τῶν καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προϊέναι. lib. 1. Phyſ. c. 1. ὑστέρα ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστί. l. 3. Phyſ. t. 2. ῥᾷον οὕτω τὸ καθ' ἕκαστα θεωρήσομεν, ὅταν περὶ τῶν καθόλου λάβωμεν πρῶτον l. 2. de Gen. & Cor. c. 9. t. 51. ἀναγκαῖον ἢ τὰ καθόλου ὑπάρχοντα πρότερον εἰπεῖν, ἢ ΠΟΛΛΑ΄ΚΙΣ ΤΑΥΤῸ ΛΕ΄ΓΕΙΝ. l. de part. anim. cap. 4. Quæ de Colloquiis ſine fructu habitis odioſè ac otioſe repetit, epicriſin ſuam habent in Salve Reformat. Inter præparatoria ponit *convitiorum interdictum.* *Magiſtratus* (p. 208.) *omnibus ſibi ſubjectis, maximè Scholarum Doctoribus & Eccleſiarum Gubernatoribus, ſub ſeverâ mulctâ, omnibus convitiis noviuque factioſis diſsidiis & litibus interdicant, omnesque calumniantium ac convitiantium libellos (qualis Nicolai ſpurciſsimus libellus DEVS Calviniſtarum inſcriptus) ſupprimant.* & mox, *ſummo jure, quin & mandato divino, non tantum poteſt, ſed & ex conſcientiâ debet ſummus Magiſtratus ſuis Scholarum*

*& Eccleſiarum Doctoribus, omnibusque ſubjectis omnia Evangelicorum, qui ſe Fratres appellant, mutua convitia ſevere interdicere, etiam nondum inſtituto examine, an ipſorum dogmata convitÿs digna ſint, necne.* Concedo ſi ſint convitia, ſi convitii conſilio (uti loquitur JCtus) jacta, ſi dolosè, ſi injuſtè. at verò annon cauſa juſta eſt detegere communitatis hoſtem, ſuoque illum nomine notare, e. g. Incendiarium. Jura id ſinunt: *Eum* (inquit *Imperator ff.* de injuriis & famoſ. libel. l. 18.) *qui nocentem infamavit, non eſſe bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota eſſe oportere & expedire.* d. qui *ſc. non convitÿ Conſilio*, ut l. 5. C. hoc, *vel quatenus de infamante præſumi poteſt quod non tam injuria quam revelandi ejus peccati cauſâ, quod notum eſſe oporteat & expediat, quid dixerit*, ut annotat Anteceſſor quondam in noſtra Acad. *D. Locamer.* p. m. q. 346. Inſtit. in fin. *Ad injurias ac contumelias diſpiciendas*, verba ſunt *Senecæ* de conſt. ſap. c. 16. *non ſapienti opus eſt viro, ſed tantum conſpiciente, qui ſibi poßit dicere; Vtrum merito mihi iſta accidunt, an immeritò?* SI MERITO, NON EST CONTUMELIA, *judicium eſt: ſi immerito, illi, qui injuſta facit, erubeſcendum eſt.* Eſt omnino ἐν τοῖς μιμητοῖς Chriſti & Apoſtolorum exemplum noſtra Inſtitutio. Jam repræhenſionum ejuſmodi, in eos qui id mere-

merebantur, ſine injuriâ factarum, abundè eſt in hiſtoriâ Evangelicâ, in qua Phariſæi & Scribæ audiunt lupi rapaces, fures, latrones, hypocritæ. ad ſummam, denuo hîc ad gladium ſpiritus recurrendum, ut ſua ille ſectione aperiat, convitium iniquum ſit necne? *& conſcientiam erroneam convincat.* (pergit p. 235.) *Cum ſolis Moderatis illis, qui ipſimet, nos in fundamentalibus ſecum conſentire, agnoſcunt, Pacem, de quâ agimus, Evangelicam iniri poſſe judicamus,* Inſanè! nam ſi conſentiunt, pax eſt! cum rigidis potius agendum ut pax concilietur

§. 25. Sequuntur *Regulæ pacificæ* p. 254. *Status controverſiæ rectè formetur, dextro ſententiæ utriusque partis judicio; quod ſumatur, non ex particularibus ſcriptis eriſticis, multominùs ex Adverſæ partis ſcriptoribus; ſecus ac ut plurimum fieri tragica experientia docet; ſed ex publicis confeſſionibus Evangelicorum Auguſtanorum quidem ex Auguſtanâ, Saxonicâ, Wittenbergicâ aliisqne; atque reformatorum ex Helvetica, Gallicâ, Belgicâ, Polonicâ, Bohemicâ aliisque Confeſſionibus, & id genus ſcriptis publicis religioſis, ut Catecheſi Heidelbergenſi, Synodo Dordracenâ.* Poſtulata! Unde verò rectius controverſia intelligitur quam ex ſcriptis belligeris? Ubi accuratius omnia ponderantur, quàm in homileticis? Quî particularia eliminentur, à quibus,

per

perte, ad totum aſſurgitur? annon Magiſtri, ſeu muti, ſeu in ſuggeſtu ſonori, particulares ſunt oculi, quorum lemæ totum corpus obſcurant? cogendi, ſi connivent, ut palàm prodant, quod in ſcholis ſuis clàm didicerunt. Quam diu ovis monita, non fugit lupum, ſentire creditur, quicquid ſentit lupus; niſi Eccleſia monſtroſa ſit Chimæra, cujus Paſtor aliam profiteatur fidem, aliam oves foveant. Quid ſi Lutherani nullam aliam agnoſcant confeſſionem quam quæ Auguſtam vidit, illam primitivam ac invariatam? tu verò ex variata de Confeſſoribus cenſeas? Quid ſi Gallus aliquis Theologus placita Dordracena repudiet? Quid ſi de ſenſu ſpeciali, evoluto, claro confeſſionum publicarum plerumque involuto inquiratur? alione quàm privato Doctore exegetâ (qualis eſt vel Urſinus vel Altingi⁹ Catechiſmi Palatini Interpres) patebit. alione ille indagabitur, evincetur, quam gladio ſpiritus quaſi vertago. *Secundo Controverſiæ non multiplicentur, nec eidem invitæ dogmata, quæ etiam explodit, per conſequentiam non agnitam affingantur.* Poſtulata! Quid ſi una controverſia tam ſit fœcunda ut alias aliasque parturiat, an omnes ſine diſcrimine in ipſis cunis interimendæ? Quis vero eſt *Dieſtius* ut juri logico in conſequentiis ſtruendis jus dicere auſit? *Si* inquit

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/193 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

inquit, *conſequentiæ* (p. 289.) *per ſe ex ſententia vel dogmate clare ac diſtinctè intellecto, per bonam argumentationem fluunt, quamvis in dogmatis refutatione ad demonſtrandam illius periculoſam abſurditatem, locum habeat, atque etiam S. Scripturæ uſitatus ſit: ſi tamen illius dogmatis aſſertor formatam conſequentiam ex ſuo dogmate ſequi non agnoſcat, nec admonitus capere queat, ſed eandem, ſeu dogma per conſequentiam deductum ut abſurdum impium, & hæreticum abominetur, planeque rejiciat; iniquum arbitror, ut illi ea conſequentia, quam rejicit, pariter cum ejus dogmate imputetur, quaſi ille hoc crederet, quod alius per conſequentiam ex ejus dogmate vel ſententiâ derivat. Nam quum nemo in alterius mentem poteſtatem habeat, quomodo illum dogma aliquod, quod exſecratur, per conſequentiam, quam non agnoſcit, ſuum eſſe agnoſcere faciet? Præſertim quum fieri poßit, ut contra dogma ſeu ſententiam alterius argumentans, & conſequentiam ex eadem nectens, illud dogma illamve ſententiam non eodem plane modo quo illius aſſertor (propter ejusdem perplexitatem vel obſcuritatem) intelligat, utque idem aſſertor aliter ſentiat, quàm verbis perplexis exprimere videatur; ut ſæpe accidere ſolet, homines durius loquentes melius tamen ſentire, quamvis à loquutionis ſuæ rigore, in quo nullam abſurditatem cernunt, abſtinere*

*nolint.*

*nolint.* Novi Creſconii Poſtulata! negationes concluſionis è conceſſis præmiſſis, collectiones falſi ex vero! Si quis eouſque urgeatur, tenetur ad palinodian atque principii, unde talis concluſio naſcitur, execrationem: ni faxit, pertinaciæ crimen incurrit, inter petulanter ignorantes, quos λανθάνει τοῦτο θέλοντας 2. Pet. 3, 5. referendus; aut ſi ἀῤῥωστίᾳ τῆς διανοίας quis laboret, non eſt capax colloquii dialectici: corrigat linguam ſi melior eſt ſenſus, nec attendatur ſolum ad id, quod quiſque ſentit in pręſens explicitè, ſed quod cõſequenter ſentire tenetur. jactus verborum non eſt amplius in poteſtate jacientis ſed ejus quî cum dimicat, Ἀκριβολογία Philoſophum decet, Theologo eſt neceſſaria. Deſinant Reformati Papam Anti-Chriſtum vocare; ceſſent ab Idololatriæ Categoriâ: quam illi conſequentiâ, à Romanenſibus non admiſsâ, obtinere conantur. *Nec ſecundò in indagandâ controverſiarum Qualitate conſultum judico, ut in initio reconciliationis multum de Articulis Fundamentalibus, eorumque numero diſputetur.* Quando ergo id Conſultum videbitur? an deprœliato prælio antabatomachico? *Taceo nunc, articulos præciſe ad ſalutem neceſſarios, quos nec S. Scriptura definit, determinari non poſſe.* eſto non poſſit determinari numerus, poteſt tamen determinari, an

hic

hic vel ille, qui in controverſiam venit? Catecheſis habet determinatos. vide Luther. tom. 6. Witt. pag. 197. f. 2. noſtrum ſtylum vindicem pag. 273. & ſeqq.

# ARTICULUS IV.
## Agoniſtes, Antagoniſtes & Agonothetes.

§. 1.

DEcertandum eſt ſanctis pro fide ſemel tradita: pax (*a*) ſale condienda. Manus altera ad muros Solymitanos ſtruendos parata eſto; altera ad defendendos gladio armata. militemus ergo ſtrenuè pro gloria Numinis!

(*a*) Chemnit. harm. c. 92. p. 1739. Habete in vobis ipſis ſalem, & pacem. Vult ut tum ſinguli, tum tota Eccleſia & in hac præcipuè verbi Miniſtri, habeant in ſe ſalem ſapientiæ, nempe ſinceræ doctrinæ, ſpiritus ac diſciplinæ: ac ſimul ſint pacis, ac mutuæ concordiæ ſtudioſi. Hæc enim ſunt duo principalia ornamenta, & cum primis ſalutaria Eccleſiæ bona. De quibus etiam apud Zachariam Dominus agit cap. 8. v. 19. Veritatem tantum & pacem diligite. Eſt E. notatione dignum quod videmus, Chriſtum hîc ſalem & pacem conjungere. Plurimi enim opinantur, concordiam in Eccleſiâ tolli & contra charitatis regulas peccari, ſi ſal verbi divini ita ſpargatur, ut omnes corruptelæ & phanaticæ opiniones taxentur, aut ut publica morum diſciplina ſtrictè urgeatur. Tum enim odia, rixas, contentiones & inimicitias oriri putant. Sed Chriſtus hoc diſertè negat, & ſalem cum pacis ſtudio conjungens, docet, tum potiſſimum Eccleſiæ ſuam pacem conſtituturam, ſi verbi miniſtri ſalem conſtanter ita ſpargant, ut nihil præterquam Dei gloriam & hominum ſalutem quærant: quæcunq; autem cum his pugnant, ea mordacitate ſui ſalis condiant.

§. 2. Præ-

§. 2. Præſes ſummus, AGONOTHETES, ac totius agonis præcipuus, eſt ſupremus controverſiarum Judex *Spiritus Sanctus*, non excluſo polemarchâ Chriſto, Michaele & principe exercitus Domini, ſub quo præliantur Angeli Eccleſiarum, contra Draconem & Angelos ejus Apoc. 12, 7. cujus inter alia illuſtre officiū eſt, ἐλέγχειν Joh. 16, 8. hoc eſt liquidò convincere animum, arguere, refutare. non autem dictitat hunc elenchum è cœlo immediatè, ſed loquitur per ſuum oraculum Scripturam Sacram, ad eum modum, quo expoſuimus in hodoſoph. phœn. 1. pag. 67. *Auguſtinus* l. 3. adv. Maximin. Arianorum Epiſc. cap. 14. *Nunc*, inquit, *ego nec Nicænum, nec tu debes Ariminenſe, tanquam præjudicaturus, proferre Concilium: nec ego hujus auctoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum auctoritatibus, non quorumque propriis, ſed utrisque communibus teſtibus, res cum re, cauſſa cum cauſſa, ratio cum ratione decertet.* Et lib. 1. de Trinit. c. 6. *Qui dixerunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe Deum, aut non eſſe verum Deum, aut non cum Patre unum & ſolum Deum, aut non eſſe immortalem quia mutabilem, manifeſtiſſima divinorum teſtimoniorum & conſona voce convicti ſunt, velut ſunt illa: In principio erat verbum &c.* Confer Chriſteid. protheor. phænom. 3. pag. 33.

§. 3. Præſidi ſummo ſubordinantur *Arbitri*, Cognitores, Mediatores æquiprudentes, incorrupti, ingenui, liberi, à nexibus violentis; elenchorum ultro citroque jactatorum, ac momentorum in lances duas poſitorum, procul ab affectibus & horum Dominio, libratores, de quibus hęc notavimus in *Myſterio Syncretiſmi* pag. 149. *In ſeculo cum partes inter ſe transacturæ judicem non habent, communem adoptant compromiſſum. Ita Iſocrates oratione adverſus Cteſiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Athenienſibus controverſias, de iis paratus eſſet* ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ *arbitrium permittere alicui civitati, æquæ utrique parti.* Confer quæ ex *Ariæmont.* ad vocem *Adoniſedeck* notat *Serar.* cap 10 Joſ. quæſt. 6. p. 230. quod caſuale judicium etiam prælatis Eccleſiæ deferri poſſe, haut inficiatur *M. Anton. de Dom.* lib. 6. de Republ. Eccleſ. cap. 10. Europa Chriſtiana, tametſi è Chriſtianis hujuſmodi compromiſſos arbitros, qui nullarum ſint partium, interponere ac impetrare nequeat; & τοῖς ἔξω, (quanquam eorum judicium vereri non debeat) Religionis controverſia committi non facilè debeat; Ideo faciet quod poteſt, eliget parti utrique ſequeſtros non iniquos, cordatos, ἀδεκάστους, controverſiarum gnaros, gloriæ divinæ & egregii publici ſtudioſos; ſperamus

mus fore, ut etiam inimicis noſtris judicibus pateat, *non ut petra noſtra, petram illorum eſſe*, Deuter. 32. 31. Placuit hoc Conſilium in comitiis Auguſtanis (teſte Chytræo hiſtor. pag. 356.) *ut utrinque VII. arbitri ſeligerentur, qui differentes articulos satagerent componere.* Nec multum abludit *Adam Conzen.* l. 9. polit. c. 44. cum à Theologis in pacis indagine rejectis, ad Politicorum moderationem, Principum æquitatem confugit; eoſdem pacis arbitros, patronos, advocatosque ſupplex vocat. in Salve iſta extant p. 857. Schiedsleuth / Zuſeher vnd Zuhörer / ſo verſamlet entweder Synodicè in einem gantzen Synodo, oder in einem Außſchuß / gewiſſer / geordneten Gottſeeligen Chriſtklugen / Religionsſtreit erfahrnen vnpaſſionirten / vnpartheyiſchen / auch gedultiger von beyderſeit erwöhlter Bidermänner. Dieſer Vorſchlag iſt auff dem Reichstag zu Augſpurg beliebt worden / (wie Chytræus bezeuget.) daß auff beeden Theilen ſieben Schiedmänner erkieſen würden / die ſich dahin bearbeiten ſollen / wie die widrige Artickel verglichen vnd entſcheidet würden? Auch gedultigen ſag ich / in der morâ vnd verzug / die das ſchwehre Werck nicht vbereylen. Hat man können dem Weltlichen Frieden zu Münſter vnd Oßnabrück ſo viel diet zu lieb ſchencken / warumb ſoll in etlich wenig Zeiten der Geiſt-

liche Streit/ der über 100. Jahr gewehret vnd faſt eingewurtzelt/ auß dem Stegreiff vnd auff der Poſt außgemacht werden? Ein/zwen oder drey Congreſs werdens nicht außheilen/ das Geſchwehr/ welches ſo viel Jahr exulcerirt vnd geſchärpffet worden? Wie übel lautet es ein Colloquium halten ohn Colloquio, vnd die meiſte Zeit in præliminaribus verzehren? Sehr rühmlich war die Fürſtl. reſolution deß Churfürſtl. Herrn Pfaltzgraff Hochlöblichſten Gedächtnus/ auff dem Colloquio zu Maulbrunn/ in dieſe Wort erſchollen. Wir haben mit Predigen drey Tage ſchon verzehrt/ aber mich ſchlaffert nicht darbey/ dann ich bin darumb hie/daß ich wolle lernen/vnd will mein Lebenlang lernen. Habe meine Geſchäfft auff ein orth gelegt/ vnd will jhm außwarten/ ſolte es auch 14. Jahr wehren. Conf. *Limnæ.* Juris publ.l.3.10,33. Ab hoc officio ne quidē Allophyli olim ſunt excluſi, quin ex bonæ cauſæ fiducia ſint admiſſi ad arbitrium. *Ptolomæus Philometor* incircumciſus inter circumciſos litigantes judex ſedit. Coram Feſto, inquit Apoſtolus, me in controverſiâ de reſurrectione judicari oportet. Vos ipſi judicate in quæſtione, an liceat in nomine Jeſu tanquam Meſſiæ docere, an DEO magis parendum quàm hominibus, ajunt Apoſtoli ad Senatum Solymitanum, ſacrilegum licet; tamen minus barbarum etiam partis
invi-

inviſæ auditorem. *Archelaus* Epiſcopus contra *Manetem*, hæreticum (unde Manichæis nomen) diſputavit *Marcello* viro illuſtri judice, qui Aſſeſſores ſibi illius judicii elegerat Philoſophum, Medicum, Grammaticum & Rhetorem omnes paganos. *Athanaſius* Laodiceæ contra *Arium* fidem Catholicam defendit, Probo, Gentili judice vice Imperatoris Præſidente, qui & cauſam Athanaſio adjudicavit. Cum Vandali Africam obtinerent, paratus fuit *Eugenius* Catholicæ fidei Epiſcopus *Hunnerico* Rege Ariano judice, contra ipſos Arianos diſputare, ſed ab illis conditio repudiata eſt. Etiam orto Romæ certamine, Epiſcopi res delata eſt ad judicium Regis *Theodorici* ut Anaſtaſius loquitur, is autem erat Arianus. Incendebant olim Regem *Ludovicum*, qui duodecimus hoc nomine in Galliâ regnavit, Cardinales & Epiſcopi aliquot adverſus Merindolanos & Cabierienſes, reliquias veras *Waldenſium & Albigenſium* Chriſtianorum; quippe veneficos, inceſtos, hæreticos, ac proinde tollendos eſſe: Merindolani & Cabierienſes ſobodorati, quæ Cardinales & Epiſcopi Conſilia in ſe coquerent, & quam atrocibus delationibus aures animumque Regis implere niterentur, mittunt ad Regem legatos, & innocentiam ſuam tutantur. Eos legatos aditu Regis Cardinales

Haec ex H. Grotii Libro de Potest. Summarum Imperii circa Sacra cap. 7. §. 12. p. 114

prohibere conabantur, Regem monentes, ne illis pro ſe dicendi apud ſe poteſtatem faceret: Jure Canonico prohiberi ne quis cum hæreticis communicet. Tum Rex, etiamſi, inquit, mihi in Turcam aut diabolum bellum ſuſcipiendum eſſet, eos tamen prius audire vellem. Dignum prorſus Rege reſponſum. Quippe inauditum & indefenſum quenquam damnare, ſceptro & jure abuti eſt. Ergo accitos Legatos Ludovicus introduci jubet: illi reverenter exponunt, Merindolanos & Cabierienſes Evangelium, Biblia, Symbolum Apoſtolicum, Dei præcepta, Sacramenta agnoſcere atque amplecti. Cæterum nec Papæ, nec ipſius doctrinæ credere. Si ſecus eſſe Rex deprehenderet, ſe nullum ſupplicium recuſare. Ea, itane ſe haberent, an ſecus, Rex ſcire voluit; itaque ea de re *Adamo Finneo*, libellorum ſupplicum Magiſtro, & *M. Parro Dominicano*, qui illi à confeſſionibus erat, quæſtionem mandat. Jlli ea in loca profecti, & quæſtionibus perfectis reverſi, ad Regem referunt: illis in locis homines baptizari, articulos fidei & decalogum doceri, Dominicos dies religioſe coli, Dei verbum exponi, veneficia & ſtupra apud eos nulla eſſe. Cæterum ſe in ipſorum templis neque imagines, neque ornamenta miſſæ ulla reperiſſe. His auditis Rex eosne præ-

cipiti

cipiti judicio damnavit, aut bello proſecutus eſt? minime ſed jure jurando addito, Me inquit, & cætero populo meo Catholico meliores illi viri ſunt. Confer *Baron.* in append. præmiſ. annal. ad lectorem extra Eccleſ. Cath. poſitum. Omnium vero minime excludi poteſt *Princeps* Concilii A & Ω, quod Imperatorem *Conſtantinum* in Nicæna Synodo feciſſe apparet; cui proinde ἀληθείας ἐξέτασιν tribuunt auctores, ipſumque ajunt κοινωνὸν fuiſſe τῶν ἐπισκοπευμένων. Ita Carolus quoque Magnus Francofurtenſi Sacerdotum congregationi & auditorem ſe ait aſſediſſe & arbitrum.

§. 4. AGONISTES eſt *Vir* qui arma tractat, Dialogiſta, de quo hæc ſunt animadverſa in *Myſter. Syncret.* pag. 149. Dialogiſtæ conſtituantur ex utraque parte plures numero, harmonicè uniti, qualitate idonei, plures inquam, numero, nam duobus ſummam rei committi periculoſum. Πλειῶν πλειόνων μελέτη. perſonæ enim interlocutores diverſis ingeniis ac donis præditæ, diverſis eventibus præliantur in damnum non raro veritatis; vel enim Sophiſta Sophiſtam, φιλόνικος φιλόνικον, affectibus occupatus occupatum; vel verſutus ac ingenioſus, diſertus, loquax, audax, ſimpliciorem, timidiorem, tardiorem: vel contra hic illum: vel omnibus iis numeris, qui ad

diſpu-

diſputationem requiruntur, abſolutus abſolutum adoritur. ut tria priora cum periculo veritatis conjuncta ſunt, ita quartum par ideale potius eſt, quam exhibitu poſſibile. Adde, quod ut monomachiæ bellicæ totius belli repræſentativæ inconſultæ videntur; ita totam Religionē paucorū ingenio comittere, res ſit diſcriminis pleniſſima. Eſſe autem duos tres quatuorve conſurrantes & cooſcitantes, qui in præjudicum totius Eccleſiæ, inter ſe tranſigant de rebus fidei, novam ac miſcellam religionem ludant, totamq; controverſiam, citius quàm coquitur aſparagus finiant, quàm præcocis hoc eſt & ferocis arrogantiæ? Unde *Paræus* etiam in *Irenico* cap. 3. pag. 10. *periculoſum ſemper videtur, duorum vel paucorum facundiæ, peritiæ, affectibus, totius Eccleſiæ cauſam committere, ut cum illis ſtet vel cadat Religionis veritas, Eccleſiarum incolumitas; quomodo Romani olim cum Albanis controverſiam de Imperio ternorum athletarum duello diremerunt. Neque de periculi hujus cauſis eſt, quod dicam, cum omnibus ſint manifeſtæ: notum etiam ſit illud, ut ſummum oratorem, ita ſummum Sophiſtam nondum natum eſſe: Cumprimis aulicorum quorundam cavenda imprudentia eſt, qui Theologorum ſuorum confiſi loquentia & audacia, colloquia ſuadent, poſcunt, provocant: ut Theologorum de religione, quaſi gallina-*

*gallinaceorum de fimo, certantium pugnis ſeſe oblectent, ſuorum victorijs triumphent.* Harmonicè, inquam, uniti, hoc eſt non tantum inter ſe ſenſus ſymphonia uniti, ſed & donorum proportione quaſi muſicâ, ut quod uni deeſt, ab altero compenſetur. Eſto unus excellens biblicus, alter linguarum peritus, tertius Patrologus, quartus Hiſtoricus, quintus Philoſophus, ſextus Diſputandi peritus, δυνατὸς ἐλέγχειν, ſeptimus Latinus, qui reliquorum concepta nervoſè, conciſè, terſè, perſpicuè exprimat; octavus Director. *Qualitate*, inquam, *Idonei*, conſequenter alieni (quantum humana fert infirmitas) ab iis vitiis, quæ diſputandi ſcopum invertunt, ordinem turbant, ut ſunt αὐθάδεια, Adverſariorum ut fungorum contemtrix, conceptorum animo præjudiciorum, partium, ſtudii nimii & odii adverſæ partis, immanis inexpugnabilis προπέτεια, φιλονικεία, hypocriſis, κυβεία, de quibus vide D. Hutter. in Iren. cap. 2. pag. 17. An juramenti quo quælibet pars devincta eſt, relaxatio vel peti vel obtineri queat? id hic quæſtioni eſſe poteſt, ſed facile ſolubili: nam aut conſtat juramentum conceptum eſſe de re illicita, aut nondum conſtat: ſi illud, obligatio per ſe cadet: ſi hoc manet tantiſper, dum argumentis evincatur rem eſſe illicitam, quæ jurato eſt pro-

miſſa. at illud ipſum eſt quod in hoc colloquio in diſceptationem venit.

§. 5. III. Recitentor è ſcripto potius argumenta ac reſponſa, quam extemporali prodigalitate effunduntor. Quo fine in foro etiam libellis agi ſolet: obſtruitur ita garrulitati eorum, quos Menand. γλωσσάσπιδας vocat, qualem in D. Eckio in Colloq. Lipſienſi deſcribit Ambsdorffius apud Luth. tom. I. Jenenſ. f. 149. *Quid vero*, ait *D. Calixt.* in digreſſ. art. nov. pag. 205. *ſi non propterea omnis per colloquia in melius proficiendi ſpes abjiciatur, ſed potius ipſa colloquendi ratio parum immutetur? Quod ſi non coram committantur, qui colloquuntur, ſed conclavibus ſeparati ſcriptionis adminiculo utantur? In congreſſu & ſermone ultro citroque habito nonnunquam præcipitantiâ peccatur; caleſcunt quandoque animi, aut etiam excandeſcunt, ut homines ſumus omnes, nec ſingula ex æquo meditata proferri, certè ex conſenſu omnium proferri non poſſunt, ubi omnium ſociorum nomine, unus tantum, quod tamen omnino decet, loquitur.* IV. In principium unum utrinque conceſſum pars utraque conſpirato. Eſt cum apud hos ex fide diſputare poſſis, apud alios ad fidem diſputandum ſit; pſeudoprincipia de dignitate, quam ſibi arrogant, dejicere, prima diſputantium molitio eſt. Certè ſi hoc obtinueris

ris à Pontificio, Scripturam Sacram Canonicis libris contentam, ſuo non alieno ſenſu explicatam, in fontibus linguarum intellectam, eſſe principium fidei ſolum, adæquatum, perfectum; non ſolum dimidium victoriæ, ſed & plurimarum controverſiarum compendium lucrifeceris. Optimè igitur factum, quòd in Colloquio Ratisbonenſi prima ac præcipua diſputatio fuit, de principio fidei & judice controverſiarum. Multum hic nobis dedit, etſi invitus, Ad. *Conzen*. l. 9. polit. cap. 31. cum arbitros & judices controverſiæ dedit *Collegia SS. Patrum, Concilia Confeſſorum & Martyrum priſcorum, quos de Religione præclarè meritos, pietati ſuæ immortuos, pro veritate vel ſuprema ſupplicia paſſos, vel ad patiendum paratos, quorum fuit tam divina in docendo ſinceritas, ut nec totius Mundi pretio veritatem celare, nec fidem ſuam diſſimulare voluerint, quorum fuit metûs expers conſtantia, aut nullis minis, nullâ rerum jacturâ, nullâ tormentorum atrocitate propoſitâ, à falſitate exagitandâ, atque eliminandâ adduci potuerint. Hos teſtes adeo ſanctos, judices tam incorruptos qui recuſat, ſuo jam judicio ſe condemnatum profitetur.* Hoc *igitur ſtatuo; judices illos nec actori nec reo eſſe recuſandos.* Hæc ille; dans 1. Judices non ore, ſed ſcripto loquentes: dans 2. Judices ipſius putatitii judicis Papæ, cujus decreta

contro-

controverſa ex illo ipſo veteri puriori Ecclesiæ ſenſu æſtimanda. 3. dans conſequenter ipſius Scripturæ judicium. Nam ſi juſti hic arbitri, Patres, Confeſſores, Martyres, quos conſtat errare potuiſſe; quid eſt cauſſæ ob quam θεόπνευστοι Prophetæ & Apoſtoli ſuimet invicem interpretes recuſentur? Explicati vero ex idiotismis ſcripturæ, analogiâ, collatione aliorum locorum, evidenti deductione, uſu veteris Eccleſiæ, Conciliorum & Patrum, ut idem Conzen. alibi ſentit l. 9. c. 44. nequaquam tamen Doctoribus recenſiorib⁹ excluſis. vide Salve p. 90. *Patientia moræ* tædium devorans, uſq; dum depugnatum eſt. Non ſanè minoris eſt cauſſa animarum quàm fortunarum: at quam longa dieta in his eſt occupata? D. Paulo moleſtũ non fuit in Synagoga Theſſalonicenſi tria Sabbatha diſputando conſumere Act. 17. 2. Salus Eccleſiæ digna eſt, & ſumtuum impendio & temporis tractu. Quantum expediri jam olim in variis colloquiis potuiſſet, ſi per moræ patientiam licuiſſet? Quàm turpe ac in pręliminaribus finiri? Igitur diſputationem abrumpere fas non ſit, niſi cauſæ abundè ſatisfactum. Poſtquam Entellus Daretem præcipitem dedit, in Æneide quinta:

Tũm Pater Æneas, procedere longi⁹ iras,

Et

Et ſævire animis Entellum haud paſſus
acerbis:
Sed finem impoſuit pugnæ, feſſumque
Dareta
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur:
Infelix, quæ tanta animũ dementia cepit?
Non vires alias, converſaque numina
ſentis?
CEDE DEO. Dixitque & prælia voce
diremit.

VI. Finitam diſputationem ſequitor gravis & matura deliberatio, tum de ipſis controverſiis, tum de argumentis utrinque adhibitis, ut diſſenſionis confinio ſtrictè cõſtituto, & diſceptationum amplitudine in arctum contractâ, id de quo pronunciandum eſt, unico quaſi intuitu diſtinctè videri poſſit. Huic ſuccedet libera ſententiæ dictio, & relatio ad totum Concilium.

In Salve Reform. pag. 858. hæc habentur. Andere Perſonen ſind die Kämpffer ſelbſt/die Dialogiſten/der Zahl nach viel/zwen allein ſolch groß Werck zuvertrawen/iſt mißlich/wie auch Pareus wohl ermeſſen in ſeinem Iren. cap. 3. p. 10. periculoſum ſemper, &c. Den qualitäten nach ἔυθετοι, die mit nothwendigen qualitäten begabet vnd außgerüſtet. 1. ἐυλαβεῖς Gottförchtige Männer. Dann ja auch die Forcht deß HERRN der ראשית nicht nur der Anfang/ſondern auch das principal Haupt der Weißheit/der Geiſtliche Menſch richtet alles 1. Corinth. 2. 14. wo wahre Gotsforcht wohnet/ da wird αὐθάδεια, προπέτεια, φιλονικεία, κυβεία, die Selbslieb / jähe vnd vnrechtmäßige Siegsſucht/ muthwillige Sophiſterey vnd andere ſchädliche peſtes den rucken kehren vnd weiſen müßen. 2. Fideles, getrewe Männer/die nicht

der

der Welt mehr als jhrem Herꝛn vnd Ertzbiſchoff Chriſto getrew 1. Cor. 4. 1. 3. δυνατοὶ Tit. 1. 9. Illuminati, Erleuchtete Eph. 5. 18. Gottsgelährte Männer / die Nacht vnd Tag / Warheit vnd Irꝛthumb ſcheiden können / denen bey neben ſchnell vnd ſcharffſinnigkeit / der geübte Sinn Hebr. 5. dexterität vnd fleiß wohl anſtehet / vnd gute dienſte leiſten kan. Mächtig zu ſtraffen die Widerſprecher Tit. 1. 9. angezogen mit der Krafft auß der Höhe nach dem Maß deß Alters Chriſti. Herculis arcum intendere non auſit, qui Philoctetes eſt. 4. Irenophili, Friedliebende Männer / welche den zweck deß Friedens mit vnverꝛuchten Augen im̃er anſchauen vnd vor ſich haben / juxta Tullium l. 2. Tuſcul. Et refellere ſine iracundia, inquit, & refelli ſine pertinacia parati. 5, Obſequioſi, die bereit ſind in demuth der Warheit zu weichen / vnd die Vernunfft vnter den Gehorſam deß Glaubens gefangen zu nehmen. Cor. 10. 8. Wohin auch gehöret die ὑπόταξις Prophetica, da der Geiſt der Propheten den Propheten (nicht als Meiſterloſen / bloßſchlieſſenden Herꝛſchern über den Glauben / ſondern als Lehrmeiſtern vnd Lehrern) ſich willig vntergiebt. 6. Apophthegmatici linguâ, die nicht mit viel wäſchen / declamirn, paratragœdiſirn vnd colorirn, der Vnwarheit eine geſtalt geben / vnd farben anſtreichen / die Zeit verderben / vnd ein bleyern Schwerd auß einer Helffenbeinen Scheid außziehen / ſondern mit wenig Worten vnd faſt angeſtrengeten kurtzen Schlußreden accurat vnd nervos alles faßen / qui pugno feriant non palma. Ein anders iſt ein Wortkrieg / ein anders (λογοδιάῤῥοια) eine Wortruhr / Prov. 10. 19. Wo viel Wort ſind / da gehets ohne Sünd nicht ab. vid. Aug l. 5. conf. cap. 6. Einwurff. Mich dunckt es wehre beßer mit Sanfftmuth / als ſtrengen diſputirn näher zukommen vnd den Zweck erꝛeichen? Antwort: Sanfftmuth vnd Eyffer ſind einander nicht zugegen / in Chriſto hat ſich beydes excellenter erzeigt. Gleich wie auch Schlangen Einfalt vnd Tauben Klugheit miteinander zu temperiren ſeind. Non multum diſtat in vitio aut decipere, aut decipere poſſe. ait Hieron. werden auch ſufftmüthige Diſputanten verſtanden / die entweder Seuch-Gelehrten / oder die / wie ſie der Prophet nennet / Gunſtſichtige ſtumme Hund / oder die außgemahlte Syncretiſten / tunc haud ſtultè ſaperent. Es würden die jenige / die ſolche Leuth vorſchlagen / zwar einen großen

vortheil

vortheil gewinnen / aber ſich/vnd ihre Diſputanten den Fluch über den Halß laden / als nachläßige Verräther der Göttlichen Warheit. Geſetzt aber/ es ſeyen Zäncker / ſie ſeyen all zu ſtrenge diſputanten / vnd alſo Sünder / von denen man kein fruchtbarliches event zugewarten hette/ ſolte man darumb mit denſelben zu diſputiren außſchlagen? Man höre Auguſtinum Epiſt. 166. Nihil in nos aliquando probare potuiſtis, veſtri Epiſcopi conventi à nobis, nunquam nobiſcum pacificè conferre voluerunt, quaſi fugientes cum peccatoribus loqui. Quis ferat iſtam ſuperbiam, quaſi Apoſtolus non contulerit cum peccatoribus & cum valde ſacrilegis? Legite Actus Apoſtolorum, & videte. Quaſi ipſe Dominus non cum Iudæis à quibus crucifixus eſt, ſermones de lege habuerit, eisque congruenter reſponderit? Poſtremo Diabolus eſt primus omnium peccatorum, qui converti ad Iuſtitiam nunquam poterit: & tamen nec ipſe Dominus de lege dedignatus eſt ei reſpondere, ut intelligatis iſtos ideo nobiſcum nolle conferre, quia cauſam perditam norunt. Pro Lutheri zelo ardentiori hanc apologiam reliquit Mattheſ. Conc. 7. hiſt. Luth. pag. 73. f. 2. Große Leuth / haben auch hohe Gedancken / vnd ihr ſonderliche Anfechtung/ darein wir Einfältigen vns nicht allweg ſchicken können. Moſes zuwirfft in ſeinem Zorn die beyden Taffeln/ darauff die Zehen Gebott geſchrieben ſtunden / Pinehas erſticht in ſeinem Eyffer den vnzüchtigen Iſraeliten / Samuel richtet den König hin/ deß Saul/ vnter eim großen Schein wider Gottes Wort verſchonet. St. Paulus gibt den Corinthiſchen Blutſchänder dem Teuffel. Gott vnd ſeine Leuthe haben auch ihre hitzige Eyffer vnd brennende Zorn / wie es zwar vnſerem D. offtmahls auch hertzlich wehe gethan / daß ſeine Schrifften ſo rauſchten wie die Platzregen / vnd wünſchte vielmahls / daß er ſo fein ſachte vnd lieblich könte regnen wie Hr. Philippus vnd Hr. Brentius/ aber einerley Geiſt hat mancherley wirckung. Wir/ die wir die Landſtraß oder gemeine Fußpfad reyßen / können vnd ſollen denen nicht nachſetzen/ die auß der Fuhrſtraß vnd vngebanten Wege ſetzen/ vnd quer Feld durch Gemöß / Waſſer / Wälder/ Berg vnd Thal/ ihre Wege nehmen. Viel minder ſollen wir von großer Leuth Ernſt/ Brunſt / Eyffer vnd Hefftigkeit leichtlich vrtheilen/ ſie haben ihren Seigerſteller vnd Schirmeiſter bey ſich im



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/211
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Hertzen/ der gereth offt vber ſie/ vnd bringt ſie auff/ treibet ſie fort/ vnd führt ſie offt dahin ſie nicht gedencken/ wie denn GOtt auch zu jhren Wegen Glück vnd Seegen ſpricht/ vnd führet jhre Reyſze wunderbarlich hinauß/ daß ſich jederman darüber zu creützigen vnd zu ſegnen hat/ & mox p. 74. Gekniſtert vnd geſpritzt haben bißweilen deß Manns Schreibfedern/ doch iſt er bey gemeiner Dinte blieben/ vnd hat weder mit Preſilgen oder Pabſts Rubricken/ oder rothem Blut geſchrieben/ ſondern ſeine Federn haben zu Fried vnd vnterthänigkeit Chriſtlich gerathen/ welches/ GOtt lob/ Chriſto vnd ſeinem Wort zu keinem nachtheil gereicht oder gerathen;

§. 5. AGONISTERIUM, *Concilium* eſt, divinum origine, ſalutare fine, pulchrū ordine, Sacroſanctum normâ, communi voto expetitum, ad veritatis indaginem & evictionem opportunum, expediens, ſalutare, ac (non quidem abſolutè, cum plurimæ controverſiæ, absque Synodali conventu è Scripturâ S. fuerint deciſæ, ſed διὰ τὸ εὖ καὶ εὐσχημόνως εἶναι) ex ὑποθέσει neceſſarium, ceu remedium Synodale; Concilium totius Eccleſiæ repræſentativum. *Fieri poteſt, ait Grotius*, de Summ. poteſt. circa ſacra p. 157. *ut ſumma poteſtas ex œcumenico conſenſu aut Synodo pridem habita, certitudinem tantam habeat, ut nova Synodo non ſit opus; ſicut* Theodoſio *ad dijudicandam controverſiam prælucebat Synodus* Nicæna, *ut ei opus non eſſet aliam Synodum convocare. Ergo nec ad* Conſilium *ſufficiens habendū Synodus abſolute eſt neceſſaria. Ad conſenſum vero* Eccleſiæ *explorandum & conſtituendum quod attinet, interdum fruſtra*

*de eo*

*de eo laboraretur, quippe ubi appareat in duas ſententias ſciſſam Eccleſiam, æquatis fermè & partibus & partium ſtudijs, quod in Africa evenit Donatiſtarum tempore. Interdum & conſenſus cognoſci poteſt absque Synodo: puta ſi ſcripta exſtent conſentientia fermè eorũ omnium qui in ſuis Eccleſiis probati Doctores habentur. Adde jam poſſe & domi ſingulos ſcriptô aut voce, quid ſentiant, profiteri; quod Auguſtinus ſuo tempore factum memorat laudatque: Et qui ad veteres hiſtorias diligenter attenderit, facilè reperiet ſæpius literarum communicatione, quã per Synodos res Eccleſiæ fuiſſe transactas & teſtatam conſenſionem, quod à Bilſono quoque Rainoldo & Magdeburgenſibus obſervatum eſt.* Attamen ſi haberi poteſt Concilium ſolutum à Dominio alterius partis violento, à Tridentinâ ac Dordracenâ factione alienũ; Par antiquiſſimo illo Niceno, id omnibus modis expetendum eſſet, non tàm ex veritatis aſtruendæ neceſſitate, quàm auctoritatis utilitate & methodi compendio: Sunt qui per particulares contentiones graſſantur ad Univerſalem Unionem! ἀμεθόδως καὶ ἀπαιδεύτως, Philoſophi Præceptum extat l. 1. phyſ. cap. 1. ἐπὶ τῶν καθόλου πρὸς καθ᾽ ἕκαστα δεῖ προϊέναι. ἀναγκαῖον ἢ τὰ καθόλου ὑπάρχοντα πρότερον εἰπεῖν, ἢ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ΤΑΤΤΟ ΛΕΓΕΙΝ. 1. de part. anim. cap. 4. Quod Synodicè univerſis placet, ſingulis facilius

perſuadetur, quàm quod ſingulis ſeorſim expeti bile videtur, collectis ex univerſitate complacere. vide Luther. tom. 7. Witt. pag. 502. & p. 535. tom. 12. Witt. pag. 321. f. 2. Reform. Salve p. 837.

---

# ARTICULUS V. Organicus Agoniæ Apparatus.

§. 1.

QVis Rex, ait Regum Rex, Luc. 14. 31. *proficiſcens commiſſurus prælium adverſus alterum Regem, nonne ſedens prius cogitat an poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit contra ſe? alioquin adhuc illo longè agente, legatione miſſâ, petit ea quæ pacis ſunt.*

Extant in eandem ſententiam extant celebres τῶν ἔξω gnomæ, Salluſtii: *priusquam incipias conſulto, & poſtquam conſulueris, maturè facto opus eſt.* Publii Mimi: *Diu apparandum eſt bellum, ut vincas celerius.*

Omnes placando prius Numini per ſeriam pœnitentiam, quàm pacando orbi, ſimus intenti. neque enim pax in terris ſperanda, niſi redditâ prius gloriâ in excelſis: nec pacari orbis poteſt, non prius placato orbis Domino. Igitur ad hoc quoque bellum ſacrum apparatus eſt neceſſarius, non illo ſolum

ſolum Scholaſticus & Progymnaſmaticus, quo per velitationes & ἀναλύσεις ingenia ſubiguntur & acuuntur ad certamina decretoria; ſed vel maximè collegialis, in certum Doctorum collegium, Orthodoxarum Eccleſiarum conſenſu congregatus, quale antehac D. *Nicolaus* Hunnius, Theolog⁹ conſum̃atiſſimus ſuaſit in conſultatione de Religionis certaminibus dirimendis part. 2. διασκέψ. cap. 1. *Cornelio à Lapide* auctore, ad Matth. 5. 9. poſſet *Religio vel congregatio pia inſtitui magno Eccleſiæ bono, ut ſicut ſunt congregationes inſtitutæ ad obeunda cætera miſericordiæ opera, verbi gratia, ad ſerviendum infirmis, ad hoſpitandum peregrinos, ad alendum pauperes, ad ſepeliendum mortuos &c. Sic etiam inſtituatur congregatio pacificorum, quorum officium ſit omnes in urbe lites ſopire, omneſque diſcordes ad concordiam & pacem revocare. Hoc enim magnæ caritatis eſt opus, in quo excelluit Noſter P. Caſpar Barzæus, Armuzÿ & Goæ, adeo ut Advocati & Procuratores dicerent, ſibi moriendum eſſe fame, eo quod ſopitæ forent omnes lites, ex quarum procuratione ipſi vivebant. Lege ejus vitam ſcriptam à P. Trigautio. Quin & reipſa in nonnullis urbibus tales congregationes pacificorum erectæ ſuut, per quas ingentia expenſarum, diſcordiaram, pugnarum, odiorum damna, quæ lites afferre ſolent, à Republicâ propulſantur.* Hæc ille.

Quidni in re ſanctiſſimâ id ſuſcipiatur remedium, quo profanatum litium finis procurari poſſe videtur? Quieſcant interea privatorum ſtyli, præſertim ſemidocti, è ſtygiâ palude convitiis & calumniis tincti, cauſæ communi oneroſi magis quàm honorifici.

§. 2. Eſt omninò nobis ſufficiens ad fidei cultusque divini apodixin Scriptura Sacra; oppoſita verbo tradito, decreto humano, lumini naturali; non item ſuo famulitio, organis, ſubſidiis linguarum & artium inſtrumentalium, conſequentiis rectè fluentibus. Is qui ſcripturam nobis donavit, ut normam; donavit etiam Interpretes Doctores Eph. 4. atque neceſſaria chariſmata & chariſmatum organa, ordinate diſpenſanda. Id quod hîc regerunt *Walenburchij*, protritum eſt in deliq. onirocr. 1. p. 111. & in Polemoſoph. ſeu Dialect. S. art. 3. p. 25. uſque art. 4. pag. 333. & ſeqq.

§. 3. Cæterum Organicus eſt quem titulus indicat Apparatus, artibus Logicis, Grammaticâ maximè & Dialecticâ inſtructus, & copiosè expoſitus in polemoſ. ſect. 1. art. 3. pag. 24. & ſeqq. Arte ſcil. illâ ipsâ, quam ut flagellum & crucem, regno ſuo exitioſam, limis ſemper aſpectavit tenebrarum princeps; quam Sireniâ Siſinnii ſuadâ olim excantare nixus eſt; Leonis Ma-

gni

gni licet, rugitu exploſum ivit; quam Craſconii Grammatici cachinnus ſusq; habuit, cujus Imperitia hactenus Echeneis fuit quæ navim Irenicam ſtitit; arte, inquam, Dialectica, non illâ triſti, fuliginoſâ, abſtractivâ, criticâ, Ramiſticâ, quæ cum metaphyſicam cum Logicâ in unum chaos coxit, utramque decoxit; ſed uſuali vereque analyticâ, à *Cornelio Martini in aureo de analyſi logicâ libello repertâ ac vindicatâ;* quæ ſæpe quidem laudatur, ſed plerunque in præliis alget: à qua ne Archangelus quidem Michaël abhorruit, cum Sathanâ de corpore Moſis dialecticè diſceptans τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο, teſte Apoſtolo *Iudâ.* hæc à nugis cavet, cavet ne ex eburneâ vaginâ gladius plumbeus exeat, punctim magis ferire docet, quam cæſim, more Romanæ militiæ, è quâ nota vox J. Cæſaris, *Miles faciem feri!* pari armorum tractandorum arte certare cum hoſte novit: ſic enim divinæ providentiæ viſum eſſe Eraſmus obſervavit, *cum*, inquiens, *Valentinus Philoſophus oppugnaret Eccleſiam Iuſtinus Philoſophus & Irenæus defendit; cum Marcion Philoſophus imperet veritatem, Tertullianus Philoſophus confecit hoſtem: cum Celſus Philoſophus blaſphemias evomeret in Chriſtum, Origines melior Philoſophus ex illius blaſphemijs illuſtravit Chriſti gloriam. adde cum Neſtorij, Macedo-*

*nij, Pelagij rudes, at ſanctuli, ſua aſophiâ damnum Eccleſiæ inferrent, excitati ſunt magni ac felices Diſputatores Cyrillus, Auguſtinus, alij.* Defuiſſe hanc artem Carolſtadio haut invitus profitetur *Hoornbeck* in ſumma controv. pag. 57. *accedat armorum bene utendorum dexteritas, ſcilicet ne de nobis dici poßit, quod de Carolſtadio Zvvinglius; idem ei accidiſſe, quod Tyroni, cui arma quidem ad pugnandum non deeſſent, ſed armorum peritia.* Utinam ne & aliis hîc aqua hæſerit, rhetoricari doctioribus quam nervose & valide diſputare. dudum depugnatum fuiſſet, ſi recte pugnatum. Eatur in rem præſentem. longæ & ſpecioſæ Declamationes redigantur & arctentur in formam ſyllogiſticam, apparebit vitium ac anakoluthia, prius indepræhenſa. Interea ejuſmodi nugator circumſpicit, & egregiæ refutationis palmam aufert.

Dicere licebit Rhetori λογοδιαῤῥοίᾳ laboranti quod *Horatius* in quadam Satyrâ

Dij bene fecerunt, inopis me, quodque puſilli
Finxerunt animi, rarò, & perpauca loquenteis;
At tu concluſas hircinis follibus auras,
Vt mavis, imitare.

Quàm declamare hîc vellem in ſortem indignam ac infelicem, in quam incidit illud ὄργανον ὀργάνων, *Dialectica*, quâ nulla ars in orbe Sathanæ magis eſt inviſa, quia nulla ejus regno debellando magis eſt idonea. Sic enim Philiſtæi Iſraelitas non ſolum exarma-

armarunt, ſed & facultatem cudendi æris bellatorii ſuſtulerunt, caveruntque ne eſſet Faber ferrarius in terrâ Iſrael. 1. Sam. 13. 19. auſim dicere Dialecticæ imperitiam & contemtum omnium hæreſium matrem ſemper fuiſſe; quę niſi perimatur, hydra lernæa nunquã perimetur. Rhetoricã faciliùs ferre poteſt Sathan, quæ palmâ non pugno ferit: Dialecticam ut in contemtum abduceret, mille eã abuſibus occupavit Pſeudo-dialecticorũ, qui (ut *Ludov. Vives* notavit ad *Auguſt.* l. 2. de Civ. D. c. 13.) *cum in Scholis plus ſint quàm Viri, extra Scholas in vitâ communi minus quàm infantes.* Vindicat nobiliſſimam artem à veterum dicteriis Petav. in Proleg. tom. 1. dogm. Theol. num. 3. & ſeqq. Sed monebimus nonnulla in fine hujus tractatus.

## ARTICULUS VI.

## Gladii uſus, Ictus & Victoriæ fructus.

§. 1.

IS conſtat *tribus actibus*, ſicut & agoniſmus corporalis 1. *Indagine veri falſive*, e.g. veræ falſęve maternitatis quam gladio quęſivit Salomon. Indagine primùm Status

controverſiæ, ejusque luce & jactu: Deinde *Agone* ipſo: tum *convictione conſcientiæ. Indagine* primùm ſenſus proprii, ſpecialis, determinati, nunc controverſi: ceſſit quandoque falſitas veritati, vel vult ceſſiſſe videri; λογομαχίαν hactenus inter partes flagraſſe cauſata:

Die Sophiſten (ita Luth. in Colloq. Menſ. p. 250.) zu Paris in der Sorbon ſagen: Ein Chriſt müße zweiffeln / nicht was die Verheiſſung Gottes/ſondern was jhn belanget/vnd für ſeine Perſon. Nun aber fahen ſie an ſich zuentſchuldigen/ vnd weiß zu brennen/ als ſey zwiſchen vns vnd jhnen kein Vnterſcheid der Lehre halben/ ſondern es ſey nur ein gefährlich vnd vnnütz Wort-Gezänck / in der Hauptſachen were keine Widerwertigkeit / Zanck noch Vneinigkeit/ ſondern man were in ſelbigen einig. Hierauff ſoll man jhnen antworten vnd fragen/warumb haben ſie dann ſo viel feine/ treffliche/fromme Leuth vmbbracht/ermordet/ gehenckt/ ertränckt/ verbrand/gebannt/vnd mit Weib vnd Kindern ins Elend gejaget vnd vertrieben / vmb Wort-Gezänck willen?

ne accidat quod Lutherus notavit tom. 12. Witteb. p. 248. f. 2. Wie jener / der gefragt ward/wo gehet der rechte Weg hinauß / vnd er ſprach / Ich hawe junge Specht auß. wie viel ſind dahin Meile? ſie haben/ſprach er Schnäbel wie die Pfeile/ Ich meine du ſeyeſt toll/ das Neſt iſt eben voll/ꝛc. Ingenioſus eſt qui hujusmodi antabatomachiam ridet *Apologus* in Mythol. Chriſt. pag. 194. *Non nova res eſt, cum fictis hoſtibus decertare, idq́ʒ maximè animadverſum, in ſevero quodam hominum cenſore, qui, quod ſurdaſter eſſet, nec niſi ex nutibus dijudicaret, quoscunque apud ſe concepit*

*cepit hominum errores, eos acriter caſtigavit. Vnde factum ut pietatem ſubinde hæreſeos, probitatem ſéditionis, eruditionem barbariei accuſaret, & figmentis ſuis impotenter iraſceretur: Si quis abuſus rerum reprehenderet, ille res omnes tolli; ſi quis graduum perfacilem & indiſcretam diſtributionem rideret, ille chaos introduci; ſi quis titulorum prolixitatem perſtringeret, ille vertiginis ſpiritum olere inclamabat. Ita paßim moleſtus diſputator, & larvarum impugnator, cum in ſolidum aliquando incidiſſet, & rem nunquam vel dictam, vel cogitatam, vel creditam ei exprobraſſet: credibile eſt, inquit, hunc ſemper vincere, qui non niſi abſurdißimos, ſibi hoſtes fingit.* Facilem hîc habemus & conſentientem *Hoornbeck* in ſumma controv. pag. 54. *Imprimis attendatur* (ſcribens) *ad ſtatum controverſiæ bene collocandum; in quo nimis oſcitanter multi verſantur, & quaſi nummum ab alijs acceptum quem vix ſemel vertunt, inhærent citra diligentius examen formæ quæſtionis, prout ab alijs ſæpe ſatis leviter jacta eſt: quum tamen hinc, ut juſtißimè ponatur controverſiæ terminus, non modo multum lucis accedat toti diſputationi, ſed levior inde ea reddatur, & quæ fructum ſuum quem oportet facilius aſſequitur. Hoc eſt quod Tertullianus dicit ſummam quæſtionis certis lineis determinare: ad lineam diſputare; ad unam lineam congreßionem dirigere.*

*gere.* Alioquin *id multoties evenire cernimus, ut nec de eadem re diſputent ſæpe, qui non leves tamen turbas cient, nec ſe mutuo (ferme quaſi id unum ſtudio intenderent) intelligant; & plures quæſtiones facilius in initio circa poſitionem controverſiæ finientur, quàm poſt inchoatam vel habitam diſputationem. Ego ſemper ſic ago ipſe & agendum alios doceo, ut in Statu quæſtionis genuinè formando ſignandoque potiſſimum operæ impendatur: quo ita quæſtio melius intelligitur & alieni nihil Adverſario tribuimus, faciliusque argumenta ex re bene poſitâ quodam naturali ductu quaſi profluentia capiuntur. Plus hic ſemper ego quidem ſum ſollicitus, quam de argumentis: hæc etenim res bene intellecta de ſe ſponte ſatis promit ſuggeritque.*

§. 2. Cæterum ut hypoſtaſis hujusmodi ſine deliquio jaciatur, hiſtoriâ opus eſt ab ovo ad mala deductâ, ut appareat quid olim, quid heri, quid nunc agitetur, ubi ceſſerint adverſarii, ubi adhuc hæreant? *Critobulus,* e. g. (h. e. *Pelagius* in dial. 2. Hieronymi adverſus Pelagium) *Ego*, inquit, *ſimpliciter dixeram, non in ſingulis operibus noſtris, ſed in gratiâ conditionis ac legis ſentiri auxilium DEI, Ne liberum frangeretur Arbitrium. Cæterum ſunt plerique noſtrorum, qui omnia, quæ agimus dicunt fieri præſidio DEI.* Reſpondet *Atticus:* (h. e. Catholicus) *Qui hoc dicit*

*VESTER*

*VESTER eſſe ceſſabit. Aut ergo & tu iſta dic, ut noſter eſſe incipias; aut ſi non dicis, alienus eris cum his, qui noſtra non dicunt.* In hoc Scrutinii hiſtorici genere quàm ſingularis fuit artifex *D. Chemnitius* in exam. Concil. Trid. diligentiſſimè elaborato: tam impudens Triſophiſta fuit *Rudolph. Hoſpinian.* in ſuâ *Concordiâ diſcorde*, h. e. Mephite ſpiſſiſſimorum mendaciorum: & tamen hunc legunt Calviniſequæ, exſcribunt, nobisque objiciunt; negligunt *Concordiam concordem Hutteri* ex archivis, actis publicis, reſcriptis, receſſibus, auctoritate publicâ firmatis concinnatam; Veneni ſcil. Helvetici antidotum. Quâ fronte Stellionatum committunt, qui cum Hoſpiniano συγκρητίζειν non ceſſant? quâ ignaviâ venenum ſugunt, remedium ſusque habent?

Haut piget illuſtrationis gratiâ recitare inſigne paradigma ejusdem *Chemnitij* in loco de Libero Arbitrio, pag. 218. quod in noſtris hodie controverſiis uſui eſſe poteſt. Circa annum Domini 410. Pelagius Brito ita cœpit extollere vires Liberi arbitrii, ut diceret non opus eſſe gratiâ & auxilio Spiritus Sancti, ſed hominem ſuis naturalibus viribus poſſe omnia Mandata DEI facere. ita Auguſtinus recitat. ſumma Ergo ſententiæ ipſius fuit, poſſe hominem inchoare & efficere omnes motus ſpirituales. Et diligenter conſideranda eſt hiſtoria Pelagiani certaminis. Inde enim multa, quæ de Doctrinâ liberi Arbitrii traduntur, rectius intelligi poterunt. Fuit autem Pelagius Monachus, & mores ſuos tam ſeverâ diſciplina gubernabat, ut in magna eſſet apud omnes autoritate: ita ut Auguſtinus primum ſuppreſſo ejus nomine errores ipſius refutarit. Obſervetur etiam, quas occaſiones habuerit movendi illius certaminis. Volebat Manichæos acriter

acriter refutare. 2. Enthuſiaſtarum violentos raptus, quos fingebant, non probabat. 3. Erat amans diſciplinæ, & videbat flagitioſam ignaviam inter Chriſtianos. 4. Sine judicio arripiebat Patrum incommodè dicta, in diſputationibus contra Manichæos: ſicut patet in multis locis apud Auguſtinum. Hac occaſione incidit in ſuum Pelagianiſmum. Præcipuè vero conſideranda eſt integra ſeries illius certaminis, quomodo & quoties Pelagius aliter cœperit loqui. Et cum linguam ſæpe corrigeret, ipſos tamen nervos ſuæ ſententiæ retinebat. 1. Planè negavit neceſſariam eſſe gratiam DEI: cum affirmaret, Gentes per legem naturæ ſalvatas eſſe. 2. Cum vero videret pios offendi, quia tota ſcriptura celebrat gratiam DEI, cœpit verbis concedere, neceſſariam eſſe gratiam DEI: ſed illam interpretabatur tantum hoc DEI beneficium eſſe, quod in tanta mentis noſtræ caligine, ipſe in lege patefecit, quæ facere, quæ credere, quæ ſperare debeamus. Accepta vero cognitione, poſſe hominem facere quæ didicit eſſe facienda. 3 Quia vero ſcriptura collocat gratiam DEI non tantum in eo, quod in verbo DEI nobis præſcribitur regula credendorum & faciendorum: ſed quod operatur velle, &c. Dixit Pelagius potentias animæ, ut facultates mentis, voluntatis, locomotivæ, quia ſunt ſingularia DEI dona, vocari gratiam: quia ſine ullis præcedentibus meritis creati, & rationis uſu donati ſimus. Item Actor. 7. Pſ. 28. In ipſo vivimus, movemur & ſumus: Et hoc velle Paulum, cum inquit: Quid habes quod non accepiſti? 1. Cor. 4. v. 7. Sed cum & hæc ſententia ex Scripturâ refutaretur: dixit, Gratiam DEI ad hoc tantum valere ut præterita peccata remittantur: non autem ut futura vitentur, & repugnantia ſuperentur. Illam enim facultatem naturalem eſſe Auguſt. ad grat & lib. arb. cap. 13. 5. Cum vero opponerentur manifeſta Scripturæ teſtimonia, dixit, Auxilium Spiritus S. ad hoc valere, ut quæ homines per liberum arbitrium facere jubentur, facilius poſſent implere per gratiam. Hoc eſt finxit talem diſtinctionem: Quoſdam homines qui ſerio conatu vires naturæ exerant, poſſe ſine adjutorio DEI efficere obedientiam placentem DEO: propter alios vero, qui remiſſiores & negligentiores ſunt, promiſſum eſſe auxilium Spiritus S. Poſtremo adeo callidè cœpit tegere ſuum errorem per modos loquendi, ut Auguſtinus dicat:

dicat: ſine ſcrupulo hæc acciperentur, ſi non ab illis, quorum ſenſus notus eſt, dicerentur. Ita enim loqui cœpit: Gratiam adjuvare bonum hominis propoſitum, non tamen invito & reluctanti ſtudium virtutis immittere. Item voluntatem in omni opere à gratia ſemper adjuvari. Intelligebat autem hominem ſine motu Spiritus S. ex ſuis viribus poſſe concipere bonum propoſitum: & quando ipſe per ſe inchoavit bonum opus, tunc demum adjuvari à Spiritu S. Oppoſuit ſe autem Pelagio Hieronymus jam ſenex. Sed languidior eſt ejus refutatio: Et ipſe Auguſtino in hac diſputatione candide palmam tribuit. Dicit enim Epiſt. 80. Catholici te conditorem antiquæ rurſus fidei venerantur atque ſuſpiciunt. Id cur dicatur, facile intelligit, cui nota eſt Antiquitatis hiſtoria: quod ſcilicet apud omnes fere veteres ſcriptores nimiis encomiis libertatis, obruta & ſepulta fuerat doctrina de beneficiis Filii DEI. Eſt ergo præcipuè Auguſtini voce & ſcriptis, quibus oſtendit fontes refutationum, repreſſa hæreſis Pelagiana. Nec tam leve fuit certamen, ſicut legentes jam imaginamur. 1. Illi, qui Pelagii partes defendendas ſuſceperunt, non fuerunt obſcuri viri. Cœleſtius enim in adoleſcentiâ jam ſcriptis clarus fuerat. Iulianus Epiſcopus Campaniæ opinione eruditionis clarus habebatur, & tempore famis omnia ſua erogavit in pauperes. Vnde plurimos, & nobiles & religioſos ſibi adjunxit. Et Sulpitius Severus, magnæ autoritatis vir, à Pelagio ſeductus eſt. Hæc Antonius. 2. Extant Epiſtolæ Proſperi & Hilarii ad Auguſtinum, in quibus ſcribitur, quod multi, qui ſummo ſacerdotii honore ſupereminebant, Auguſtinum reprehenderint, quaſi ſine cauſa nimis eſſet vehemens & cauſam nimis acriter ageret. Plurimùm quidem eſſe tribuendum gratiæ DEI: poſſe tamen aliquid etiam concedi viribus Liberi Arbitrii. Inter ipſos etiam Auguſtini auditores, non omnes doctrinam ejus de hoc loco rectè & dextrè accipiebant, ſicut antea diximus, cur coactus ſit Auguſtinus ſcribere libros de Gratiâ & Libero Arbitrio. Item, de corrupt: & gratia. Hæc hiſtorica plus afferunt lucis, quam prolixi commentarii. QVARTO, Vivente adhuc Auguſtino, muſſitabant aliqui in Galliis contra ipſum. Poſt mortem vero ejus annis circiter 20. CASSIANVS Monachus Maſſilienſis, ſententiam, quam Auguſtinus ex ſcriptura contra

Pelagium

Pelagium explicatam defenderat, oblique & diſſimulato ipſius nomine cœpit impugnare. Vtque aliqua auctoritate ſententiam illam obtruderet Eccleſiis, collegit ſententias, colloquia, & reſponſa illuſtrium Eremitarum, qui tunc clari habebantur. Et in 13. Collatione (ita enim inſcripſit) Pelagii ſententiam manifeſtè defendit. Tribuit autem illam diſputationem venerando & magnæ autoritatis ſeni CHEREMONI Centenario, cujus dorſum jugitate orationum ita incurvatum fuiſſe ſcribit ut quaſi quadrupes ingrederetur. Fuerat autem Caſſianus primò diaconus in Eccleſiâ Conſtantinopol. ſub Ioanne Chryſoſtomo, à quo etiam ejectus eſt ex Eccleſiâ quia forſan animadvertit aliquid in ipſius ingenio. Fuit enim Chryſoſtomus iniquior Monachatui. Aliquas tamen Caſſiani ſententias recitabo, unde corruptelæ ejus animadverti poterunt: Deus cum in nobis ortum bonæ voluntatis viderit, quam vel ipſe plantavit, vel noſtro conatu viderit emerſiſſe, confeſtim illuminat, confortat, &c. Item: Evidenter apparet, etiam per naturæ bonum, quod beneficio creationis indultum eſt, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia; quia paulus dicit: Velle adjacet mihi. Item: Conſiderantes Paulum & Zachæum dubium videtur, an, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, DEVS miſereatur noſtri, an verò econtra. Vtrumque recipiendum eſt, ut in aliis voluntatem gratia præveniat, in aliis voluntas gratiam. Quia utrumque ſcriptum eſt: Miſericordia ejus præveniet me. Pſ. 39. verſ. 11. Et Mane oratio mea præveniet te, Pſ. 88. v. 14. Item: Non eſt Liberum Arbitrium, ſi tantùm malum vellet & poſſet. Citat teſtimonium ex libro Paſtoris, quod in eadem cauſa antea Origines allegârat. Huic inſidioſæ machinationi Caſſiani oppoſuit Proſper. Aquitanicus veram & eruditam refutationem, ſuppreſſo tamen nomine Caſſiani, quæ extat. Habuit autem Caſſianus applauſum multorum. Nam Gennadius, qui paulo poſt illa tempora conſcripſit vitas Eccleſiaſticorum Scriptorum, reprehendit Proſperum, quod contradixerit Caſſiano, & dicit: Eccleſia opera Caſſiani ſalutaria judicat, &c. Apparet ergo, quomodo paulatim lux doctrinæ, quam DEVS utrunque per Auguſtinum accenderat, cœperit rurſus extingui. QVINTO. Circa Annum Domini 500. fuit FAVSTVS quidam Epiſcopus Gallicus,

qui

qui ipſos nervos Pelagianæ ſententiæ clanculum probabat. Sed quia invidioſum erat Pelagii nomen, ſimulabat ſe Orthodoxum, & quidem in titulo ejus libri, in quo venenum illud ſpargebat, promiſit refutationem Pelagii. Diſputat autem: Multos ante adventum Chriſti per naturalem vigorem absque gratiæ adjutorio ſalvatos, & motus ſpirituales habuiſſe. Item. Sed dicis: Illis tantum credere ſuppetit quibus Deus ſpecialiter donavit ut crederent. Non ita eſt. Nam dum Dominus etiam ab incredulis fidem exigit, omnibus eam inſertam eſſe demonſtrat. Cui autem etiam ipſa naturæ legè non ſuppetat credere? quomodo & dæmones credunt & contremiſcunt? Iacob. 2. verſ. 19. Hæc citat Maxentius ex libro Fauſti. Fulgentius ergo tacitè loco refutationis inſtituit repetitionem veræ doctrinæ de Libero Arbitrio, ſicut ab Auguſtino antea declarata fuerat. Hæc Antoninus. Sed Romanus Pontifex Hormisda, etſi publice non audebat ſententiam Fauſti probare: ſuaſit tamen libros ejus legendos. Ibi Maxentius acriter ſe oppoſuit: & quia linguæ jam non erant plane liberæ, ſed cœperunt ſerva eſſe Romani Pontificis, dicit Maxentius, Epiſtolam illam ab hæreticis confictam eſſe, non ſcriptam ab Hormiſda. Addit autem, ſive ab hoc, ſive à quolibet alio hæc ſit ſcripta Epiſtola, non eſt dubium Autorem ejus eſſe hæreticum. Complexus eſt autem Maxentius doctrinam de Libero Arbitrio brevi ſententiâ: Liberum naturale arbitrium ad nihil aliud valere credemus, niſi ad diſcernenda tantum & deſideranda carnalia, ſive ſecularia, quæ non apud DEVM ſed apud homines poſſunt fortaſſis glorioſa videri. Ad ea vero quæ ad vitam æternam pertinent, nec cogitare, nec velle, nec deſiderare, nec perficere poſſe, niſi per infuſionem & inoperationem intrinſecam Spiritus Sanctus. SEXTO. Paulò pòſt cùm A. D. 520. BENEDICTVS Monachus ſuis præſcriberet Regulam, in fine remittit ipſos ad inſpiciendam, prælegendam & tenendam Doctrinam Caſſiani in collationibus Patrum. Vbi etiam illa extat ſententia de Libero Arbitrio, quæ recte damnata eſt à Proſpero. Ita cùm Pontifex non poſſet aperte canoniſare Pelagianiſmum, latenter irrepſit in angulos Monaſteriorum, & inde in Eccleſias invectus eſt Epiſtola enim ad Demetriadem, clariſſimè Pelagianizans, quam Auguſtinus tanquam Pelagii ſcriptum refutat, cœpit ſub Hieronymi nomine circumferri & legi. Beda vero

Anno

Anno Domini 700. tanquam à Iuliano Pelagiano conſcriptam refutavit. Bernhardus circa A. D. 1120. cum ex aſſidua ſcripturarum lectione, & diligenti verbi DEI tractatione, errores Pelagianos in Monaſteriis animadvertiſſet, cœpit doctrinam illam vindicare â Pelagianis corruptelis. Sed fuit acriter reprehenſus à Monachis. Tam altas radices egerat Pelagianiſmus. Ita autem ſcribit Bernhardus: Loquente me coram aliquando & DEI in me gratiam commendante, quod ſc. ab ipſa me in bono & præventum agnoſcerem, & provehi ſentirem, & ſperarem perficiendum. Quid tu ergò, ait unus ex circumſtantibus, operaris? aut quid mercedis ſperas & præmii, ſi totum facit DEVS? Da inquit gloriam DEO, qui gratis te prævenit, & vive dignè de cætero, quo probes te, & perceptis beneficiis non ingratum & percipiendis idoneum. Bonum, inquam, das Conſilium, ſed ſi dederis etiam poſſe tenere: ſed Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram. Et: Qui cœpit, perficiet. Vbi ergò, ait, ſunt merita noſtra? Audi, inquam, Non ex operibus juſtitiæ, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit. Quid ergò inquit, agit Liberum arbitrium? Breviter reſpondeo: Salvatur: Deus autor ſalutis: Liberum arbitrium tantùm capax. Hac occaſione ſcripſit Bernhardus librum de lib. arb. & gratiâ, ubi mediocriter explicatur doctrina hujus loci. Circa A. D. 1150. P. LOMBARDVS novo modo conſtituit doctrinæ formam, ex rapſodiis ſententiarum ex Patribus. Et quia paulò antè Bernhardus doctrinam de Libero Arbitrio repurgarat, extat locus ille in Lombardo non peſſimè tractatus, etſi miſceat ſeminaria quædam illarum diſputationum, quæ poſtea tenebris Papatus invaleſcentibus ſequutæ ſunt. Paulò poſt Lambardum, circa Annum D. 1200. inſecuti ſunt FRANCISCVS & DOMINICVS; quorum poſterior rurſus Caſſiani Doctrinam canoniſavit. Ex illorum latibulis A. D. 1250, Monachi progreſſi in Scholas, cœperunt Cathedras docentium occupare: Et appellantur SENTENTIARII, qui formam doctrinæ, ſicut in libris ſententiarum à Lombardo conſtituta erat, explicandam ſumpſerunt, quorum primus & vetuſtiſſimus fuit Alexander ab Halis. Et quia ex ludo Franciſci & Dominici, ubi Caſſianus regnabat, prodierat, in Loco de Libero Arbitrio non tantum diſceſſerunt à Lombardo: ſed multa diſertè contra ipſius ſenten-

ſententiam diſputarunt. Dixerat Lombardus, hominem ſine fide & ante gratiam non poſſe non peccare, & mortaliter & venialiter. Sententiarii vero diſputant, hominem absque gratiâ ex viribus Liberi Arbitrii poſſe cavere quodvis peccatum mortale: poſſe ſe præparare ad gratiam: facere præcepta DEI, quoad ſubſtantiam actus: acquieſcere & aſſentiri eſſe noſtrum. Definiunt meritum eſſe opus elicitum ex potentiâ Liberi Arbitrii, concurrente gratiâ DEI. Et addunt: ſi nullæ eſſent vires Liberi Arbitrii, ex naturalibus viribus in actionibus ſpiritualibus, tolleretur fons omnium meritorum. Hæc Caſſianica diſerte pugnant non tantum cum ſcripturæ & Auguſtini ſententiâ: verum etiam cum Bernhardi explicationibus. Duravit autem illa ratio docendi, annis circiter 100. Nam Anno 1350. ferè deſierunt Sententiarii. Et obſervandum eſt, centum illis annis non ſemper unam & eandem ſententiam de hoc loco inter Sententiarios fuiſſe: ſed ſemper in deterius lapſa eſt forma doctrinæ, quæ conſideratio aliquid poteſt monere. Secutus eſt LYRA cum aliis, qui textum Scripturæ explicarunt. Poſt Concilium Conſtantienſe Poſtillatores: Dormi ſecure. THOMAS quæſt. 24. de Veritate & 15. de libertate dicit: Liberum Arbitrium ſine gratiâ, faciendo quod in ſe eſt, non poſſe ſe diſponere vel præparare ad habendam gratiam. GVILELMVS Pariſienſis egregiè tractat diſtinctionem inter juſtitiam civilem & ſpiritualem. Qua de re vide Apologiam. BONAVENTVRA videns doctrinam de præparatione ad gratiam pugnare cum tota Antiquitate, finxit homines naſcentes ſemper afferre aliquid donorum gratuitorum, etiam ante renovationem ſpiritus, unde ſe poſſent præparare ad ſuſcipiendam gratiam. SCOTVS audaciùs poſtea loquutus eſt: Hominem ſine gratia, naturæ viribus, poſſe exercere opera moraliter bona, quibus de congruo mereatur gratiam gratum facientem. Et addit: Niſi ponatur meritum congrui, non poſſe DEVM defendi ab acceptione perſonarum. Item THOMAS primâ ſecundæ quæſt. 189. art. 3. dicit. Hominem in Statu naturæ corruptæ, non poſſe DEVM ex puris naturalibus diligere ſuper omnia. Scotiſtæ citârunt ex Baſilio, eſſe connaturale, diligere DEVM ſuper omnia. OCCAM diſputat, quam facilè ratio poteſt habere dictamen de diligendo DEO ſuper omnia, tam facilè voluntatem

tatem ex puris naturalibus poſſe ſe illi dictamini perfectè accommodare. Fuit autem A. D. 1344. GREGORIVS ARIMINENSIS Profeſſor Pariſinus, is uſitatam tunc & receptam ſententiariorum de Libero Arbitrio ſententiam publicè refutavit, & eſſe Pelagianum dogma ex Auguſtino demonſtravit. Sed prævaluit Scoti ſententia & paulo poſt publicè in templis propoſita eſt. AMBROSIVS Spiera citans Lombardi ſententiam: Omnis vita infidelium eſt peccatum, dicit: Iſta opinio crudelis eſt. Quia inquit, propter bona opera in peccato mortali facta illuminatur quis gratiâ, & de peccato exit & probat exemplo Trajani ex legenda Gregorii. ROSARIVM, Homo poteſt reſurgere ratione Liberi arbitrii, ſed adjuvante gratia DEI illam verè poteſt habere, ſi ad DEVM converſus fuerit. Item: DEVS ut Sol lucet omnibus æqualiter, ſed ſecundum Liberi arbitrii diſpoſitionem, vel indurat vel emollit. Gloſſa ſuper illud Pſal. 118. Animam in manibus meis ſemper, &c. Licet voluntas hominis obliquetur per peccatum: tamen ſalus ſua ſemper eſt in manibus libertatis ſuæ. Ita Roffenſis, hominem ſine ſpeciali gratiâ ex viribus Liberi arbitrii, quas in creatione accepit, poſſe ſe præparare ad gratiam. Nunc verò Pontificii recentiores & præſertim Ieſuitæ mitius loquuntur. Sotus, Homo abſque gratiâ non poteſt ſe convertere, nec ad gratiam DEI præparare, nec boni aliquid ad ſalutem pertinens efficere. Hæc commemoratio ideo utilis eſt: Quia incipiunt nunc ſubtiliùs pingere ſuos errores Pontificii & tamen ipſos nervos interim retinent. Fuerunt autem ſingulis temporibus aliqui qui contradixerunt: Alii purius, alii minus purè. WICLEFFVS A. D. 1350. vidit communem tunc doctrinam de Libero arbitrio non convenire cum Scripturâ: ſed in reprehenſione nimis declinavit in alteram partem, ſtabiliens abſolutam neceſſitatem omnium. Ita & Valla A. D. 1405. Rectiùs vero HVSS, A. 1416. & GERSON, qui Concilio Conſtantienſi interfuit, & multos in doctrinâ Pontificiâ errores anima advertit. Sed non habuit eam παῤῥησίαν quam poſtea circa *A. D.* 1517. Dominus Luthero largitus eſt, qui ut cætera doctrinæ Chriſtianæ capita, ita & hoc à ſordibus Pontificiorum, DEI beneficio repurgavit.

Non ſufficit habere Symbolum, Confeſ-
ſiones,

ſiones , Catechiſmos hujus vel illius religionis in promptu : nec ſatis eſt generalem ſenſum, in quo multæ latent æquivocationes, apprehendiſſe : opus eſt intimiori penetratione ad ſenſum proprium ac determinatum ad τὸ δέ τι καὶ νῦν. non ſufficit, e.g. quæſiiſſe an Chriſtus ſit Deus, genitus, crucifixus, an ſit omnipotens , omnipræſens in concreto perſonæ , ſed deſcendendum ad concretũ naturæ an Filius hominis ſit propriè ac ἀτρόπως Deus ? an ὁ Λόγος propriè genit⁹ ex Maria Virgine ? an Caro ſit omnipotẽs, omnipræſens? nam quia, quicquid de Chriſto enunciatur , id vel de utraque vel alterutra naturâ accipiendum eſt, ideò quærendum inſuper ſecundam quam naturam? ad quam Dominus ipſe digitum intendit, cum dicit, Pater dedit Filio poteſtatem judicii, ὅτι quatenus Filius hominis. τὸ ὅτι non ſanè cauſaliter accipiendum ; ſequeretur alioquin, omni Filio hominis hanc poteſtatem datam, cum à quatenus cauſali ad de omni valeat conſequentia : ſed ſpecificativè , determinando naturam ſecundum quam illud axioma divinum ſit communicatum ? Ni faxis ! non duntaxat adſciſces tibi Neſtorium in fidei conſanguinitate Fratrem : Is enim Chriſtum eſſe Deum contra Arium mordicus defendit, Chriſtũ eſſe hominẽ genitũ contra Marcionem tenuit.

at Filium Mariæ eſſe propriè Filium DEI; Filium Dei eſſe hominem, genitum, paſſum, inficiatur: ſed & myſterium ὁμολογυμένως μέγα, eludes. Quid enim myſterii habet Filius Mariæ genitus, crucifixus? Quis Judæorum hoc negavit? non credidit?

§. 3. Succurrat igitur Indagini Lux accenſa, cùm ab Eccleſiâ hujus iſtiusve Doctorum, Interpretum, oculorum inſtar habitorum, explicatione, quæ in ſuggeſtu, licet clàm habita, ut ſolent, qui lucem fugiunt; attamen in ſcriptis palam edita renidet, tamque diu rata eſſe debet, quamdiu ſcriptores, privati quidem homines, ſed publici Doctores auctorati pro paſtoribus honorantur, non ut lupi evitantur. *Si enim oculus ſimplex eſt, totum corpus lucidum erit, ſi malus ille, totum corpus caligabit.* Publica monimenta unde ſenſus indago petenda, ſunt apud Papæos *Confeßio Tridentina*, uti in decretis Concilii & Catechiſmo Romano, ad amuſſim & decretum concilii facto jacet. Hoc enim infallibile Papæ eſt oraculum, in quo ſuperiores Scholarum lites cōpoſitæ; ad quod, quæ poſt motæ ſunt, & adhuc moventur diſſenſiones componendæ. Apud Reformatos Confeſſiones publicæ habentur, quas laudat *Maſſonius* anatom. univerſ. part. 1. cap. 8. Confeſſiones, (quarum *Harmonia Genevæ* prodiit Anno 1581.) quas

quas inter eminet *Helvetica poſterior*, cui non ſolum condixere Reformati & nominatim *Chamier* l. 1. de Sacram. cap. 1. num. 9. ſed & reliquis antefertur, eò quod à plurimis diverſarum nationum Eccleſiis publicè approbata, & ſubſcripta, ut habet admonitio ad lectorem harmoniæ Confeſſ. præmiſſa: quanquam & *Belgica* confeſſio in Synodo Dordracenâ robur acceperit ſeſſ. 145. pag. 412. *Et Catechiſmus Heidelbergenſis*, Canonizatus in Synod. *Dordrac*. pag. 40. (*vix alius ſolidior, concinnior, perfectior, & ad captum pariter adultiorum & juniorum accommodatior*) *Genevenſis*, *Gallicanus*, *Haßiacus*: quibus ſuccenturiat *Maſſonius* pag. 231. ut ſcripta univerſalia, *Iudicia Synodi Dordracena* (*admirando ac propè incredibili conſenſu Doctorum conſtantis*, ut habent verba in dedicatione præmiſſa) *orthodoxum conſenſum*, " *in fol.* Deutſch / Inſtitutiones Joh. *Calvini*, " in Lateiniſcher / Teutſcher vnd Frantzöſiſcher " Sprache. das Colloquium zu Maulbrunn / " wie es durch den folgenden Bericht weiter iſt " erkläret vnd behauptet worden: (non item " Colloquium *Montisbelgardenſe* ib. p. 230.) " Erinnerung vom Concordi Buch zu New- " ſtatt. Die klägliche Supplication an Chriſtum " Jeſum. Der außführliche Bericht der Hey- " delbergiſchen Theologen / ſambt dem kurtzen " anhang vnd folgenden Schrifften. Sed cum

hæ ipſæ confeſſiones ſæpe ſint involutæ, Apollo Tiberinus ſit λοξίας, Catecheſes lubricæ ſenſum ſuſpendant, Harmonia confeſſionum ἀσύμφωνος (de quâ ſic judicant Darmſtattini Theologi in fund. deduct. præfat. pag. 14. Was es mit dem Calviniſchen Syntagmate Confeſſionum für ein Beſchaffenheit habe/ wie daſelbſten Liecht vnd Finſternus / wie Lincks vnd Rechts in einander gemenget werden / vnd worinnen ſie miteinander ſtreitig ſeyen/ das iſt offenbar vnd am Tag. Es iſt auch ein Calviniſche Confeſſion verzumpener als die ander: Eine hingegen raucher vnd gröber als die ander. Vber das / ſo mengen die Calviniſten in berührtem Syntagmate, darauff ſie ſich beruffen/ die jenige Confeſſionen / welche allein der wahren Evangeliſchen / Lutheraner Bekantnus ſeye / als die Augſpurgiſche / die Schwäbiſche / die Sachſiſche vnd Würtembergiſche vnter die jhrigen/ vnd wollen die einfältigen Leuth bereden / es ſeyen alle Confeſsionen eines Schlags / die vnſern wie die jhrigen / vnd die jhrige wie die vnſrige/welches eine offentliche grundloſe Vnwarheit/ vnd eine pur lautere Teuſcherey vnd Betrug iſt. Das Apoſtoliſche Glaubensbekantnus ſtimmet gar nicht ein / mit der Lehre die in der Calviniſchen Scribenten Büchern vnd Schrifften zubefinden iſt.) Ideo referendum ad interpretationes, commentarios

Docto-

Doctorum celebriorum à nemine facile rejectorum, Defenſorũ, qui aliter docere non poſſunt, ſi conſequenter docere velint. Wir beruffen vns/ ait Maſſon. part. 1. anat. c. 39. pag. 1321. auff alle der Reformirten Confeſſiones, Catechiſmos, Kirchenordnungen/ Lectiones, Predigten / offentliche vnd privat Geſpräche: Bieten demnach Verklägern trotz/ wo er einigen Menſchen nennen kan / der es bey den Vnſerigen geleſen / oder von jhnen gehört habe / daß ſie ſchreiben vnd lehren ſolten/ GOtt ſey nicht barmhertzig/Er ſey ein Tyrañ/ ein Stockmeiſter / ein Vnholt & 1343. Der Heydelbergiſche Catechiſmus iſt rein gnug/ vnd mit GOtteswort wohl gefaſſet/ & part. 2. pag. 1036. geſetzet/ daß ſich der jenige Danæus allhier vmb etwas verlauffen hette / müſten darumb ſeiner vnſere Leuthe alle entgelten? Solte nicht vielmehr der außführliche Bericht gelten / darinn die Heydelberger jhre Lehr von Chriſti anbettung auch auß Luthero widerholen: Sintemahl dieſer Bericht iſt eine allgemeine Schrifft / vnd wird von allen Reformirten/ſonderlich in Teutſchland vnd anderswo/ willig angenommen. Tùm patefacta *conſequentiarum* fluxu. neque enim id ſolum tenet aliqua confeſſio quod clare totidem verbis profitetur; ſed & quod conſequenter profiteri debet. neque prolem negare poteſt qui matrem admiſit. ſunt qui abſo-

luti decreti reprobatorii mentionem horrent, ajunt per calumniam hoc ipſis imputari: Interim manducationem oralem indignorum negant. cur hanc? quia ſanguis Chriſti pro multis eſt effuſus, non pro ſingulis, non pro reprobis? annon Figulus habet poteſtatem, &c. Voluntas DEI ſum̃a regula. Recurrendum igitur ad conſequentias juſtas, liquidas & agnoſcibiles: id quod conſentaneum eſt. 1. *Iuri Logico*, cujus hæc eſt maxima, ex quo ſequitur falſum, id falſum eſt. *Verum eſt*, ait Auguſt. 1. contra Creſc. 20. *neminem ad concluſionem falſam conſequenter impelli, niſi prius conſenſerit falſis: quibus eadem concluſio, velit nolit, efficiatur: ac per hoc, qui cavet, ne ſe loquente conſequantur falſa, quæ non vult, volens falſa caveat, quæ præcedunt*: nam qui ex. gr. à ſe declinant blaſphemiam de DEO peccati auctore, & tamen ejuſmodi ſubſternunt hypotheſes, è quibus tale monſtrum non poteſt non ſequi, perinde faciunt, atque ii, qui alterâ manu frigidam affundunt, altera manu follem diducunt, ſtringuntque, & incendium excitant; & ſiccare rivos magno molimine aggreſſi fontium ſcaturiginis non obthurant. 2. *Praxi Chriſti & Apoſtolorum, primitivæ Eccleſiæ, ipſorum Reformatorũ.* Sic Chriſtus diſputare conſuevit. Phariſæi nunquam admiſſuri erant, ſe traditionibus

ſuis

ſuis mandato DEI derogare: at vero id per conſequentiam ex ipſorum traditionibus elicuit Salvator Matth. 15. verſ. 4. ſeqq. eandem rationem inivit D. Paulus: nunquam conceſſuri erant Pſeudo Apoſtoli, Chriſtum fruſtra mortuum, id tamen ex eorum doctrinâ gentium Doctor colligit, Galat. 2, 12. eadem veſtigia legit Eccleſia priſca orthodoxa. Nunquam conceſſurus erat Neſtorius ſe Chriſtum ſolvere: id vero ex ejus doctrinâ, pia Mater deduxit. num hodie largituri ſunt Papiſtæ ſe eſſe Idololatras: id vero ex ipſorum dogmatibus Calviniani hactenus probarunt. an Conſequentiæ, quas è Remonſtrantium placitis deducunt Bodecherus, Vedelius, alii, à Remonſtrantibus omnes admittuntur! perinde abſurdus eſt qui jus logicum per conſequentiarum cataractam intervertere conatur, ac Sigismundus Imper. de quo Luther⁹ in Tiſchreden pag. 261. f. 2.

Gleich wie Keyſer Sigmund geſchah auff dem Concilio zu Coſtnitz/ da er ſagte: Wir wollen kein Schiſmam haben/ Antwort deß Pabſts Orator, nicht ſchiſmam ſondern ſchiſma. Der Keyſer aber ſprach: Sind wir ein Herz vber die Rechte vnd Sachen / ſo ſind wir vielmehr ein Herz vber die Grammatica, das iſt / vber die Wort.

*Dum Catecheſes*, ait *Maſſonius* l. c. pag. 249. ponunt θέσεις, ſimul in genere, omnes ἀντιθέσεις removent, & quæ videntur adverſari. at conſequentia eſt concludere ab oppoſi-

 to ad

to ad oppoſitum. Dixi *agnoſcibili* ac depræhenſibili ex ſufficienti demonſtratione. ſatis enim novimus differentiam inter conſequentias è verbo DEI & hominum, quarum hæ inadvertentiam admittunt, non item illæ. Unde judicii defectus, in primâ luctarum coitione, ab ignorantiâ invincibili capit excuſationem; num tamen idem, poſt tot admonitiones, ac evidenter monſtratas ex falſis hypotheſibus conſequentias, e. g. ex abſoluto decreto cauſalitatem peccati in Deum relatam, pertinacibus hypotheſeon defenſoribus indulgebimus? hîc lex fidei prior: an enim mitius illi iidem tractarunt Remonſtrantes? Addo illud Riveti in explicat. decal. præcept. 9. p. 3921. *Id nihilominus obſervandum eſt, ne quis putet ſemper ſe poſſe per ignorantiam excuſari, quod ſi quæ falſa dicuntur talia ſunt, quæ qui teſtatur falſum, ſcire poteſt, & debet, quæ etiam ſe profitetur ſcire, & ſi vera eſſe exiſtimet, non eſt tamen extra culpam, ita ut interpretativè ut ſic loquar, & per cauſſam mendax habeatur. Quod in falſis Doctoribus apparet, qui vera eſſe exiſtimant, quæ proferunt, eos tamen ubique ſcriptura mendaciĳ arguit, quibus etiam juſto judicio Deus immiſit efficaciam erroris, ut credant mendacio* 2. Theſſ. 2. 11. adde ſententiam Coccei in Job. c. 34. p. 462. Notemus ſcribentis, merito reprehendi dictũ ob

pravam

pravam conſequentiam, quæ quidem non fidiculis inde extorqueatur, ſed apertè fluat. Notemus & hoc, Id dictum videri, quod ex dicto fluit. Sic conſequitur: quemadmodū Elihu Ijobi dictum vocat, quod ex dicto efficiebatur. Ita negat Servator intelligere Scripturas Sadducæos, qui vim & conſequentiam non intelligerent. *Digeſta* deniq; vel ab ipſo indagante, vel quî cum ipſi eſt coitio, liquidâ ab illiquidis diſcernente; Homonymiam deliteſcentem aperiente; confuſionem diſſipante, abſtruſum ſenſum è latibulo provocante. opus enim accuratis eſt diſtinctionibus & confuſionis ex generali ſenſu diſſipatione. *Mihi*, inquit, *Auguſt*. l. de gratia contra Pelag. & Cœleſt. cap. 37. *pene perſuaſerat; hanc illam gratiam, de qua quæſtio eſt, conſiteri, quamvis in multis ejus opuſculi locis ſibi ipſi contradicere videretur. Sed cum in manus meas & alia veniſſent, quæ poſterius latiusque conſcripſit, vidi quemadmodum potuerit etiam illic gratiam nominare ſub ambigua generalitate, quid ſentiret, abſcondens, gratiæ tamen vocabulo frangens invidiam offenſionemque declinans.* etenim judice *Chemnitio* l. de lib. arb. p. 183. *Hieronymi refutationes quas inſtituit contra Pelagium id eo languidiores ſunt quia promiſcuè ſine diſtinctione diſputat de externis actionibus, & de Spiritualibus motibus: nec ſatis diſertè diſcernit*

*inter actionem* DEI *generalem & ſpecialem.* Admittimus hîc faciles ſententiarum commodiores, expeditiores & clariores expoſitiones, in ſymboliſmum & conciliaturam ſuaviter confluentes, opinionis itidem de Antagoniſtæ mente ſiniſtrè conceptæ exemtionem minimè doloſam: monſtrum Ubiquitatis immenſum-expanſæ, Creophagiæ Capernaitanæ, αἰσχροφαντασία cedat luci, dextrè renidenti. vide Reform. Salve pag. 806. omnia ſine fraude & fallaciâ, ne ſub operculo generali & confuſi ſenſus Artocreas carnis viperinæ ac mors lateat in olla; ne gloſſa rubricæ adverſetur, ne ſuave jus carni veneno infectæ affundatur. Exempla præbet Reform. Salve pag. 767.

§. 4. Sequitur *jactus ſive hypoſtaſis controverſiæ* per ſeculorum volumina traductæ veſtigatæ & illuſtratæ, adque ἀντίφασιν contradictoriam τοῦ ἀυτοῦ ἢ ἀυτοῦ μὴ ὁμονύμως, inter *ajo & nego*, Ja vnd Nein/ verſantem compoſita; per apocopen jamdum expeditorum, ne ſerra otioſe reciprocetur: continuationem eorum, quæ adhuc impedita in luctâ manſerunt.

Ne accidat quod Lutherus notavit tom. 12. Witt. pag. 248. f. 2. Wie jener der gefragt ward/ wo gehet der rechte Weg hinauß/ vnd er ſprach/ ich hawe junge Specht auß/ wie viel ſind dahin Meile: ſie haben ſprach er / Schnäbel wie die Pfeile/ Ich meine du ſeyeſt toll/ das Neſt iſt eben voll/ ꝛc.

Opus

Opus eſt declinatione ἀνθολκῆς in alterutrū extremorum; ut Chriſtus (hoc eſt veritas) ſemper appareat medius inter duos latrones. ſic enim fieri ſolet ut dum fugiant vitia ſtulti in contraria currant, ut dum Pelagius Manichaiſmum cavet, in novam incidat hæreſin. *Dixi* (ait *Auguſt* l. 2. de bono perſev. cap. 20.) *in libris confeſſ. DEO noſtro & ſæpe dixi, da quod jubes, & jube quod vis. Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum à quodam confratre cœpiſcopo meo fuiſſent eo præſente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotiùs, pene cum eo qui illa commemoraverat litigavit. Putat*, ibid. *auferri ſibi liberum arbitrij, ſi nec ipſam bonam voluntatem, ſine adjutorio DEI, hominem habere conſenſerint*. ep. 105.

§. 5. Conſtat deinde *Agon*, primùm ſeu compendioſâ deductione ad impoſſibile, quâ ut fulmine attonitus Antagoniſta pallorem induit, ſeu erroris oſtenſivâ ἀνάλυσει, quaſi anatomicâ vel logiſticâ, mentali magis ac prius, quàm vocali; pòſt dialogiſmo. Sicut enim cum corpus humanum mortuum in ſuſpicionem præbiti veneni venit, ſecatur, aperitur, exenteratur, morbi radix quæritur, adque regulas artis medicæ examinatur: ſicut cum Codicillus rationem à Quæſtore aliquo Magiſtratui exponitur, examinari ille ſolet, adque calculum revocari,

reſo-

reſolutione ſingularum rubricarum; quæritur juſta ſit ac rata ratiocinatio ſubducta? Ita Analyſis logica nihil eſt aliud, quam ſimilis reſolutio commentarii, confeſſionis, catecheſεως in ſua, unde coaluit, principia. abſolvitur hæc *Analyſis* 1. *denudatione* principii unde confeſſio aliqua ac ſententia eſt derivata. id vel alienum eſt ac *μεταβατικὸν*, cum e. g. Bellarminus ex analogiâ monarchiæ ſecularis Hierarchiam Eccleſiaſticam definit: vel parhermeniâ laborat; vel teſtimonio humano *πατρῴῳ* ac Synodico turget, vel proprio ac domeſtico S. literarum. primum exterminandum, alterum ad regulas bonæ ac juſtæ hermenevticæ examinandum: tertium in probabilitatis regione collocandum: ſolum poſtremum admittendum. 2. *Argumentatione* ex admiſſo principio, in nervũ quaſi & numeros fineſque ſyllogiſticos, categoricos, liquidos, in caſibus rectis poſitos & orationibus enunciativis ſeu logicis compræhenſos, redacta: quò fit ut longæ rhetoricationes, logodiarrœæ, plurimarum philyrarum nugæ, in breviorem ſphæram compactæ exactius dijudicari poſſint. Sic logiſticus paucis aliquot numeris vel addit, vel ſubtrahit, vel multiplicat, vel dividit; Ruſticus contra totam mappam vel abacum ſuis illis NULLIS faſtidioſè implet. 3. *Formæ in argumento attentione*

*tentione* non omittenda, cum hujus vitii detectio, ſit victoria compendioſa. *Sturmius*, e.g. objecerat D. *Pappo* nodalem *Syllogiſmum*: *omnia quæ vult Deus facere, illa fieri neceſſarium eſt.* Quædam Deus non vult fieri, ut gloriam ſuam dare alteri, & contradicentia ſimul eſſe vera. Ergo quædam non fieri, neceſſarium eſt. Ex quo efficitur, Deum non poſſe non facere, quæ vel facere, vel fieri velit. Longus eſt D. *Pappus* in reſponſione ad materiam in defenſ. tert. pag. 101. *Ego tibi in hoc Syllogiſmo, Sturmi, nodum oſtendam, ſacrarum literarum ſubſidio fretus, ſed non quem putabas. Majorem facilè tibi concedo, Minorem quoque, præter* ἐκθέσεως *illius partem priorem: ac proinde nec Concluſionem nego, nec ejus Corollarium: neque ullo tamen adhuc nodo me irretitum eſſe ſentio: ſed te nodum in ſcirpo quærere ajo, & principium quærere. Cum enim facilè largiamur tibi, Deum aliqua non poſſe, ut Auguſtini verbis utamur, quæ ſi poſſet, non eſſet omnipotens, ut peccare, ſeipſum negare, mori & his ſimilia, quæ qui poteſt, non modo non Omnipotens, ſed ſervus etiam & mancipium eſt peccati, mortis & Satanæ: cum hæc inquam facilè largiamur tibi, tuum jam eſt oſtendere, ut Corpus Chriſti ubique ſit cum perſona aſſumente, ex earum rerum cenſu eſſe, quæ Divinam potentiam minuunt, aut cum juſtitia DEI, aut cum voluntate pugnant. Quamdiu*

*hoc*

*hoc non probaveris, fruſtra nodalem illum Syllogiſmum jactabis, fruſtra negabis, iſtos DEI omnipotentiam inficiari, qui non concedunt, Chriſtum id, quod in ſuo verbo promiſit, etiam poſſe. Sed quid hoc eſt, quod tu in ἐκθέσει Minoris propoſitionis tuæ inter ea, quæ DEVS non vult fieri, hoc quoque commemoras, gloriam ſuam dare alteri? Metuo ego ſane, ne quis hîc anguis lateat, ne quod pravum dogma hic ſeſe tanquam in inſidijs occultaverit. Lego apud Eſaiam c. 42. & rurſus 48. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Sed priore quidem capite adjectum video. Neque laudem meam ſculptilibus: poſteriore autem hæc præfixa, Propter me, propter me faciam ut non blaſphemer: utrobique autem profano cultui Idolorum opponi omnipotentiam divinam. Metuo igitur ne, quod apud Prophetam contra Idola dictum eſt, tu de humanâ naturæ aſſumpta in unitatem perſonæ filij DEI peſſimè accipias.* Quantò expeditiùs reſpondiſſet deſignando ἀσυλλογιστίαν, ex minore negante in primâ figura, clariùs depræhendendã, ſi in juſtos ſyllogiſmi numeros redigatur: Omne à DEO volitum fieri, eſt fieri neceſſe. Quoddam, datio ſcil. gloriæ divinæ alteri, non eſt à Deo volitum fieri. E. Quoddam &c. eſt fieri neceſſe. 4. *Reſupinatione conſequentiæ* in materiâ argumenti, quæ ſi Inſtantiis infringi poſſit, εἰς οὐδὲν ἐλογίσθη.

5. *Di-*

5. *Diſtinctione ejus ſenſus* quo confeſſio admitti queat, ab eo ſenſu quo non? 6. *Diacriſi ſelectivâ ac rejectivâ, terminatâ* in calculum vel album vel nigrum. abſolutionis ille eſt, hic elenchi & condemnationis: ſequeſtri hæc vox eſt, illa, ajentis, confeſſio eſt ex DEO, proba, rata, omnibus modis amplectenda ac tenenda: hæc, ex Sathana ejusve utero ratione cœcâ, improba, deſerenda.

§. 6. Vin; exempla Analyſεωs? En illud *Baſilicum, Iacobi Regis Angliæ*, quem dialecticæ methodi non puduit. l. 1. dæmonol. c. 7. ubi ad allatum argumentũ pro Necromantiæ licentiâ S. Literas teſtari, Moſen omnes Ægyptiorum ſcientias calluiſſe, quarum præcipuam fuiſſe Magiam, extra controverſiam ponunt: adeoque illicitam non eſſe, quia illi uti licuit, qui Deo fuit gratiſſimus, Reſpondet. *Quod ad priorem rationem attinet; prava conſuetudo vim legis non obtinet; & Principes aut inſcitia aut contemtu divini verbi facile poſſunt ceſpitare. altera, reſpondet analyſ*ικῶs, *ratio hæc ſpecie validior, reipſa fallacior, ſi ſyllogiſtico exploraretur examine, pluribus quàm par eſt terminis conſtaret.* Non *enim primò, ſi omnes Ægyptiorum ſcientias edoctus erat Moſes, continuo & Magiam edoctus erat. nullam hic video neceßitatem ſequelæ. Nam Spiritus Sanctus de ſcientijs loquens, li-*

*citas tantùm intelligit, non noxias humanæ vitæ & peſtiferas; quæ ἀκυρολογικῶς ſcientiæ dicuntur, & potiùs ſuo veroque nomine, inſcitia, nam homo pictus non eſt homo. Deinde fingamus, ſi libet, Moſen non fuiſſe Magiæ imperitum; multùm tamen opinor differre theoriam à praxi, nam & DEO, ſemper optimo, omnia nota ſunt, bona malaque; & noſtra ignorantia ex peccato & debilitate proficiſcitur. Denique ut vel maxime concederem, habuiſſe Moſen artis* magicæ & notitiam & uſum, quod nemini Chriſtiano unquam perſuadeas: conſtat tamen eum, ante Spiritus Sancti vocationem, fugiſſe ex Ægypto, jam quadragenarium, patrarâ ſcilicet Ægyptii cæde: & in ſoceri Jethronis Patriâ, exactis poſtea quadraginta annis exilii, ex rubo ardente demum à DEO vocatum fuiſſe: ut ſi ante improbiſſimus foret, tum planè, novus evaſerit, & à priore Moſe totus mutatus. Abrahamus ſimiliter, ante fœdus ictum cum DEO, Idolis ſerviit in Ur Chaldæorum: & Paulus ſub Sauli nomine ſanctorum hoſtis fuit acerrimus.

§. 7. En illa *Lutheri* acutiſſimi æquè ac feliciſſimi Diſputatoris, atque tot palmarum Athletæ, exempla præbita, cùm deductione ad abſurdum tom. 2. lat. p. 293. f. 2. *Si nulli licet S. literas ſuo Spiritu interpretari, Cur ergo non obſervant, nec Auguſtino, nec ulli*

*alij*

*alÿ Patrum idem licuiſſe? & qui Scripturas ſanctas ſecundum Auguſtinum, & non Auguſtinum potius ſecundum Scripturam S. intelligit, ſine dubio ſecundum hominem & ſpiritum proprium intelligit? ſi autem ſcripturas non licebit ſecundum proprium ſpiritum intelligere, multo minus licebit Auguſtinum ſecundum proprium intelligere, quis enim nos certos faciet an rectè Auguſtinum intelligas? Dandus ergo erit alius interpres Auguſtino quoq; , ne proprius ſpiritus nos fallat in illius libris. Quod ſi ita fieri oportet, dandus eſt & tertio quartus interpres, & quarto quintus uſque in infinitum, & coget nos propriÿ ſpiritus periculum nihil unquam diſcere aut legere. Quæ ergo eſt noſtra tam irreligioſa perverſitas, ut ſ. literas non per ſe ipſas & illarum proprium ſpiritum, ſed per hominum gloſſas, velimus diſcere, diverſo omnium Patrum exemplo, & in hac perverſitate gloriemur, ceu religioſiſsimâ pietate? Si enim hoc volumus, concedemus Scripturas Sac. eſſe obſcuriores & ignotiores, quàm Patrum ſcripturas:* Hoc *autem admiſſo, ulterius dabimus, S. Patres ſuis commentarÿs nihil aliud feciſſe, quam ut dum ſua probant per Scripturas, notiora probarint per ignotiora, & ſic tam ſeipſos quam nos mire illuſerint, prorſusque in vanum laboraverint, & erit, ut plus credamus interpretantibus quam loquenti Scripturæ, quis ita inſaniat?* Ibid. pag. 352.

Si per petram Papa, & per Eccleſiam ædificatam, intelligeretur obediens Papæ congregatio, ſequitur Papam non eſſe Papam, nec Eccleſiam eſſe Eccleſiam. Quod evidenter probo ſic; Quia Petra & Eccleſia ſine peccatis eſſe debent, non ſubjecta portis inferi. At cum nullus in Mundo poſſit eſſe talis certo & infallibiliter, & tamen certa debet eſſe petra, certaque Eccleſia, Sequitur nullum eſſe Papam, nec Eccleſiam. Et ne poſſis obſcuritatem cauſari, in Syllogiſmum redigo quæ dixi: Nullum cedens portis inferi eſt Petra. O. Peccator cedit portis inferi, E. N. peccator eſt Petra. Ita. Nullum cedens portis inferi, eſt Eccleſia ſupra Petram ædificata. Secta Papiſtarum cedit portis inferi. E. Secta Papiſtarum non eſt Eccleſia ſuper Petram ædificata. Jam ſubſumo. Omnis peccans, cedit portis inferi. Papa peccat, E. Papa cedit portis inferi. Ita, Omnis Eccleſia peccans cedit portis inferi. Eccleſia Papæ peccat. E. Eccleſia Papæ cedit portis inferi. Item: Nihil incertum an ſit Petra? eſt Papa. O. Papa, etiam S. Petrus, incertus eſt an ſit Petra. E. N. Papa, nec S. Petrus, eſt Papa. Sic: Nihil incertum, an ſit ædificatum ſupra petram? eſt Eccleſia. O. Papæ ſecta eſt incerta, an ſit ædificata ſupra Petram. E. Nulla Papæ ſecta eſt Eccleſia. Vides excellentiſſime Thomiſta, & Beſtiam eſſe Dialecticam? In his omnibus ſyllogiſmis quid negabis? Majores? At hæ ſunt Chriſti,

Petram

*Petram & Eccleſiam ædificantis adverſus portas inferi, certiſsimosque nos facientis, Matth. 16. Negabis Minores? At hæ ſunt communis ſenſus, vulgatæ famæ, notorij facti & quotidianæ experientiæ. Quo ibis nunc Catharine â ſpiritu hujus Beſtiæ? quo à facie ejus fugies? Vbi Papa tuus? Vbi Eccleſia tua?* tom. 7. Witt. pag. 244. So dieſe Vernunfft ſchleuſſet / daß wie ein leibliche Gemeine muß haben einen leiblichen Oberherren / oder wird nicht beſtehen / So ſchleuſſet ſie auch weiter / daß wie ein leibliche Gemeine nicht beſtehet ohne Weiber / alſo muß man auch der Chriſtenheit ein leiblich gemein Weib geben / daß ſie nicht vergehe / das wird je eine weidliche Hure ſein müſſen. Deſſelben gleichen eine leibliche Gemeine beſtehet nit ohne eine gemeine leibliche Statt / Hauß / Land / ſo muß man der Chriſtenheit auch ein gemeine Statt / Hauß vnd Land geben / wo will man das finden? Vnd fürwar zu Rom trachten ſie friſch darnach / dann ſie haben je die Welt faſt jhr eygen gemacht. Item So müßt auch die Chriſtenheit haben ein gemein leiblich Gut / Knecht / Magd / Viehe / Futter vnd deßgleichen / denn kein Gemeine mag beſtehen ohn dieſe ding. Nun ſiehe / wie fein gehet dieſe Vernunfft auff den Steltzen. tom. 7. Witt. pag. 158. St. Paulus 2. Cor. 4. ſagt / der Buchſtab tödet / aber der Geiſt machet lebendig / das zeuget vnd deütet mein Emſer

 dahin /

dahin / daß die Schrifft zweyerley Sinn hat/ einen eüſſerlichen / den andern verborgen/ vnd die zween Sinn nennet er Schrifftlich vnd Geiſtlich Sinn. Der Schrifftlich ſoll tödten/ der Geiſtlich ſoll lebendig machen/ bawet allhie auf Origenē, Dionyſiū, vnd etliche mehr/die alſo gelehret / meinet er habs faſt wohl getroffen / dürfft die helle Schrifft nicht anſehen/ weil er Menſchenlehre hat / alſo wolt er auch gern/ daß ich jhm folget/ lieſſe Schrifft fahren/ vnd nehme auff Menſchen-Lehre / das will ich nicht thun/ wiewohl ich etwa auch in dem Jrrthumb geweſen/ vnd viel eben in dieſem Exempel vrſach geben vnd klårlich anzeigen / wie Origenes, Hieron. Dionyſ. vnd etliche mehr hierinn geirret vnd gefeilet haben/vnd wie Emſer auff den Sand bawet/vnd daß noth ſey der Våtter Bücher gegen die Schrifft halten/ vnd nach ihrem Liecht richten. Zum erſten wann jhre Meinung recht were/daß der Geiſtl. Sinn lebendig macht / vnd der Schrifftl. tödet / ſo müſten wir bekennen / daß alle Sünd heylig / alle Heyligen Sünder wehren. Ja Chriſtus ſelbs mit allen Engeln müſte zugleich lebendig vnd Tod ſein / das wollen wir ſo klar machen / daß auch Emſer mit allen ſeinen Lügenhafften Kråfften nicht wehren ſoll / vnd nehmen für vns auß St. Paulo Galat. 4. Abraham der hat zween Söhne / Jſaac vnd Jſmael von zwo Frawen/Sara vnd Agar/das iſt nach

iſt nach dem Schrifftl. Sinn vnd Buchſtaben geſagt. Nun dieſen Sinn hat Chriſtus/Gott der H. Geiſt vnd alle Engel vnd Heyligen/ halten veſt drob/ es ſey alſo. Wie nun Emſer? wo iſt dein Origenes? Lieber ſprich hie/ biſt du anders der Mann/der nicht mit der Scheiden hawet/ vnd nur mit der Schneiden wundet/ daß der Buchſtab vnd Schrifftlich Sinn töde Chriſtum vnd den H. Geiſt/ mit allen Engeln vnd Heyligen. Was mag jemand laſterlicher ſagen/ denn daß die Warheit in der gantzen Schrifft tödlich vnd ſchädlich ſeye/ wie Emſer hie tobet? Wiederumb/ daß Abraham ſey Chriſtus/ die zwo Frawen ſeynd zwey Teſtament/ die zween Söhne ſeyen zweyer Teſtament Volck/ wie St. Paulus außlegt/ das iſt der Geiſtliche Sinn (als jhr ſagt) Nun haben denſelben Sinn nicht allein die Heyligen/ ſondern auch die ergſten Sünder/ ja auch die Teüffel in der Helle. So trit nun auff den Plan mein Emſer/ hawe mit der Schneiden friſch drein/ ſage daß alle Teüffel vnd Buben lebendig vnd heylig ſeyn/ dieweil der Geiſt lebendig macht.

§. 8. Tùm *oſtenſivâ*, corporis morbidi anatomiâ pluries inſtitutâ. tom. 1. lat. pag. 121. *Vide hominem Hochſtraten, qui omnes dies conſumpſit & perdidit in Dialecticâ, tam multos docuit nos Syllogiſmos Apoſtolicos, in eodem Libro, ex quibus intelligas, quàm eximiè polleat in Dialectica. Hæc eſt enim con-*

 *ſequen-*

ſequentia Hoſtraten. Hoc eſt contra Scripturas. E. eſt hæreticum. Gratias ago. Davidis adulterium fuit contra ſcripturas, imò contra Decalogum. Ergo id fuit hæreticum. Et breviter: Nullum eſt peccatum quamlibet leve, quin ſit contra ſcripturas. Ideo ſequitur, quod autore Hoſtraten: totus mundus non eſt niſi mera hæreſis. Ipſa quoque Eccleſia, cum ſine peccato non ſit, eſt hæretica. Et cum omnes ſimus mali, contra ſcripturas, ſumus Hæretici omnes, excepto uno Hoſtraten, qui non eſt ſicut cæteri hominum, ut omnes faciat hæreticos, quo latius pateat inquiſitionis ejus, id eſt gloriæ & lucri, miniſterium. Quis eſt hæreticus, ſi tu non es hæreticus? qui juxta admirabilem tuam Dialecticam, Præmiſſas tenes, ex quibus Concluſio omnium hæreticiſſima ſequitur, ſcilicet, Eccleſia eſt hæretica. Dico ergo & ego, quod peſtilentiorem & impudentiorem hæreticum Sol non vidit, quam Iacobum Hoſtraten. Surge ergo, ô LEO X. Paſtor mitiſſime, & hos hæreticos Inquiſitores alijs Inquiſitoribus inquire. Iam vides, quo animo inquirant hæreticos, & teipſum cum tota Eccleſia hæreticum facturi. Arrige, E. aures ô Hoſtraten infeliciſſime, qui nec quid contra vel pro ſcriptura ſit, noſti, & cum ſummo dedecore Eccleſiæ Inquiſitores hæreticorum, docebo te primum Antepraedicamentum, definitionem ſcilicet æquivocorum, & tui S. Thomæ Canonem uſitatum. Quod omne multiplex

*tiplex indiſtinctum parit confuſionem.* **Contra** *Scripturas primo eſt hæreſis, deinde quilibet error, tum omne peccatum, etiam veniale & verbum ocioſum, ſed & ipſe inevitabilis fomes, ut Rom. 7. Apoſtolus dicit: ſe peccatum contra Legem DEI ſentire in membris ſuis. Proinde ſi Pontificum Notarij, vel ipſi aliud quid ſenſerint, aut ſcripturas humana paßi diſtorſerint, contra Scripturas quidem ſapiunt, hæretici tamen non ſunt. Ito ergo infelix & cruente Parricida, qui nil niſi fraternum ſanguinem ſitis, & inquire ſcarabæos in ſuo fimo, donec diſcas, quid ſit peccatum, error, hæreſis, & omnia quæ ad horum ſcientiam pertinent.* tom. 7. Witt. pag. 171. Hõret mir doch zu jhr armen Flachgelährten Papiſten einen Syllogiſmum, daß ichs je klar euch fürlege. Iſtam majorem concedo. Omne bonum eſt faciendum. Was iſts noth / daß jhr darob mit mir ſtreitet? ſeyd jhr nicht klüger dann alſo? Aber hie ſolt jhr mir begegnen / da ich euch angreiffe / vnd fechte wider die Minorem. Omnis doctrina hominum & conſuetudo à me impugnata eſt bona. Hie lieg ich zu Feld / lieben Geſellen / das Schloß ſtürm ich. Hie wehret vnd ſeyd friſch / müget jhr euch da erretten vnd mich nieder legen / dürfft jhr nichts für die concluſion ſorgen / wil von hertzen gern folgen vnd ſagen. E. doctrina hominum & conſuetudo à me impugnata eſt facienda. Nun aber

ihr die Minorem nicht ſchützet / vnd nur die Majorem treibet / vnd Concluſion ſetzt / thut ihr eben wie die Bauleuth zu Babylonien / da man Stein rieff vnd bracht Waſſer / ich ſchlag euch an die Köpff / ſo verbindet ihr die Füß. Ich zünde das Dach an / ſo leſchet ihr im Keller / wie? wolt ihr Faßnachtſpiel auß dem Ernſt machen? E caſtigatione μεταφύσεως εἰς ἄλλο γένος tom. 7. Witt. pag. 243. f. 2. Dieweil die Sache darinnen ſtehet / ob deß Pabſts Gewalt auß Göttlicher Ordnung beſtehe / Iſts nicht ein wenig lächerley / daß man die Vernunfft von zeitlicher dingen brauch geſchepfft / will anziehen / vnd dem Göttlichen Geſätz gleichen / ſonderlich ſo dieſer arme vermeſſene Menſch ſich verſpricht / mit Göttl. Geſätz wider mich zu handlen / denn was Weltliche Ordnung vnd Vernunfft weiſet / iſt gar weit vnter dem Göttlichen Geſätz. Ja die Schrifft verbeut man ſoll nicht folgen der Vernunfft. Deut. 12. Du ſolt nicht thun / was dich recht düncket / denn die Vernunfft allzeit wider GOttes Geſätz ſtrebet / wie Geneſ. 6. Alle Gedancken vnd Sinn deß Menſchlichen Hertzen / ſtehen zu dem ergeſten allzeit / darumb mit Vernunfft ſich vnterſtehen / GOttes Ordnung zu gründen oder ſchützen / ſie ſey denn mit Glauben vorhin gegründet vnd erleuchtet / ſo iſts als wann ich die helle Sonne mit einer finſtern Latern wolte erleuchten / vnd einen Felß auff ein Rohr gründen.

§. 9.

§. 9. Occurrit in ejuſdem Lutheri agonibus *Elenchus pſeudhermeniæ*, tom. 1. lat. p. 239. *qui ſcripturæ & Patrum verbis utuntur, velunt Anaxagoræ elementis, ut quam primum ea conſecrarint ſedi Apoſtolicæ, mox tranſſubſtantiata in eorum arbitrium vocabula (mirum dictu) quodlibet ex quolibet fiunt, etiam id ſignificare idonea, quæ vel per febrem ipſi ſomniant, vel per muliebris invidiæ impotentiam delirant. Denique tam infeliciter ſuæ eis cedunt diſciplinæ, ut hoc ipſum, quod bonum didicerunt, nunquam bene intelligant, & juxta Apoſtolum non intelligunt, neque quid loquuntur, neque de quibus affirmant, hoc eſt, nec prædicatum cum ſubjecto, nec ſubjectum cum prædicato in Propoſitione categoricâ componere docti*. tom. 7. Witteb. pag. 248. Ich hab biß her gehalten / wo man etwas mit der Schrifft ſoll bewehren / müſte dieſelbe Schrifft eigentlich zur Sach dienen. Aber nun lerne ich / daß es gnug ſey / viel Schrifft / rips raps zuſammen werffen / es reime ſich oder nicht. wenn die weiße gilt / ſo will ich auß der Schrifft wohl bewehren / daß Raſtrum beſſer ſey denn Malvaſier. *Elenchus crudæ anakoluthiæ*, argumentationis à genere ad ſpeciem affirmativæ tom. 7. Witt. pag. 437. f. 2. So iſt das ein loſe faule Dialectica, vnd folget vnd ſchleußt nicht fein. Ein Geſtorbener iſt in Sünden / darumb iſt er im Fegfeuer. Womit will man

dieſe folge beweiſen oder erzwingen? Es theten denn die zwölff tauſent Drachmas / ſonſt gibts der Text nicht / man helffe denn eine Lügen hinein treiben/denn aller Heyligen Leichnam liegen in der Erden / vnd ſind ſündlich vnd in Sünden geſtorben / wie St. Paulus ſagt/ Rom. 6. Der Leib iſt geſtorben vmb der Sünde willen / dennoch iſt er nicht im Fegfeuer / die Teüffel ſind auch in Sünden / vnd doch weder im Fegfewr noch in der Hellepein/ darumb folgets nicht / Judas läßt betten für die Todten / darumb ſind ſie im Fegfewer / das Gebett kan wohl gehen / vnd gehet auch auff die Aufferſtehung / vnd wers auffs Fegfewer deütet / der redet das ſeine / ohn beweiſung. *Elenchus* paralogiſmi *à particulare ad Univerſale progredientis*, tom. 1. lat. Jen. pag. 227. f. 2. *Credo autem auditores meos forte dixiſſe, Concilium generale ſæpius erraſſe, & errare poſſe, tum quod rara ſunt Concilia illa legitime generalia, quale Nicenum fuit, hoc enim dicentes, veriſſimè dixerunt. At illi pro ruſticitate ſuâ, ex particulari mox intulerunt univerſalem, omne videlicet Concilium reprobatum aſſumentes. Hoc autem eo faciliùs credo, quod multa ſimilia mihi ab eidem impacta ſunt, quod omnia opera bona negarim. Et cum ſanctos invocari pro pecuniâ & re temporali, parum Chriſtianum eſſe docuiſſem, ſtatim invidiâ magiſtrâ jactaverunt, me cum Pighardis negare*

gare

*gare ſanctorum culturam. Adeo his Eccianis Theologis placet error, & populi Chriſtiani ſeductio, ut eos pro ventre ſuo non pudeat etiam apertæ veritati reſiſtere. Ita Concilium quodlibet negari à me mentiuntur, ubi aliquod unum, vel erraſſe vel errare poſſe dixi. Digni plane diſcipuli Eccio Magiſtro.* Similis eſt caſtigatio argumentationis ab exemplo ad regulam tom. 7. Witteb. pag. 438. Alſo thaten die Juden vor zeiten auch / da ſi in Geneſi funden / wie GOTT Abraham befalch ſeinen Sohn Jſaac zu opffern / harreten ſie nicht biß daß jhnen GOtt auch ſolches gebőte / fuhren zu / wie die Vnſinnigen / machten flugs ein Exempel / Gebott vnd Artickel darauß / opfferten jhre Söhne vnd Tőchter / biß ſie das Land voll Bluts machten / vnd erwűrgeten darzu alle Propheten / die ſolches ſtraffeten / vnd wehreten / gleich wie jetzt die raſenden Bluthund auch thun / vnd vmbs Fegfewers willen / die Vnſchuldigen tőden / ſo ſie doch kein GOttes-wort für ſich haben / vnd darzu dieſen Text fälſchlich führen / vnd noch das Exempel Juda / das ſie fűrwenden / nicht haben / vnd wenns gleich ein Exempel wäre / dennoch nicht gnug zum Gebott oder Artickel were. Es iſt aber der rechte Műntzeriſch Geiſt / deß Dialectica vnd Theologia war hierin auch gantz Sophiſtiſch / denn ſo lehret er / David / Gedeon / Joſua vnd dergleichen / haben die Gottloſe Kőnige erſchlagen /

ſchlagen / vnd wohl daran gethan / vnd ſind von GOtt gelobet / darumb ſo wollen vnd ſollen wir auch die Fürſten todt ſchlagen / eben dieſem Exempel nach / wie dieſe Lügner lehren / Judas hat für die Todten geopffert / darumb ſollen wirs Chriſten auch thun. *Elenchus argumentationis alienæ* à Statu controverſiæ, tõ. 3. lat. contra Eraſm. pag. 183. f. 2. *Opinio dicit, Liberum Arbitrium non poſſe velle bonum, Locus autem Eccleſiaſtici adducitur ad probandum, Liberum Arbitrium aliquid eſſe & poſſe. Aliud igitur ſtatuit opinio per Eccleſiaſticum confirmanda, & ad aliud allegatur Eccleſiaſticus confirmandum. Tanquam ſi quis probaturus ſit, Chriſtum eſſe Meßiam, adducat locum qui probet, Pilatum fuiſſe præſidem Syriæ, aut aliud quippiam, quod dis dia paſon conveniat.* & ibid. p. 184. *Eccleſiaſticus dicit: Si volueris mandata conſervare, conſervabunt te, & fidem placitam ſervare, Non video, quomodo iſtis verbis Liberum Arbitrium probetur. Eſt enim verbum conjunctivi modi (ſi volueris) quod nihil aſſerit, ſicut Dialectici dicunt, Conditionalem indicative nihil aſſerere, ut: Si Diabolus eſt DEVS, merito adoratur.* Confer. ibid. pag. 192. *petitiones principiÿ* tom. 1. Ien. lat. pag. 32. f. 2. *Non vult Eccius Scholaſticè diſputare & pugnare, ex quo verbo ſatis intelligo, Eccium noſtrum iſtos obeliſcos in diebus, (quos vocant) Carnis privÿ, larva indutus ingenium,*

*conſtaſ-*

*conflaſſe. Nam per totum illud obeliſcorum chaos, nihil ſacrarum literarum, nihil Eccleſiaſticorum Patrum, nihil Canonum, ſed omnia ſcholaſticiſſima, opinioniſſima, meraque ſomnia comminiſcitur, & prorſus ea ipſa, contra quæ ego diſputo. Ita ut ſi vellem & ego peripateticari, uno flatu hos omnes ejus pappos diſpergerem, diceremque illud magiſtri ſui decretum: Petitio principij vitium eſt diſputationis ſeu argumentationis. Sperabam enim quod ex Biblijs, vel Eccleſiaſticis Patribus, aut Canonibus, contra me pugnaret, at ipſe furfures & ſiliquas Scoti, Gabrielis, cæterorumque Scholaſticorum (quibus eſt ventrem refertiſſimus) mihi nunc demum neganti opponit.* tom. 7. Witteb. pag. 165. Vnd daß du deiner Klugheit vberbund auch ſeheſt / ſo höre zu / Ich hab wohl gewuſt die Menſchenlehre vnd gewonheit / damit du wider mich fechteſt / wie ſolt ich ſie nicht wiſſen / ſo ich wider ſie fechte? Was machſtu denn du groſſer Filoſoff / daß du eben das wider mich auffbringſt / daß ich anfecht / ſo du daſſelb ſolteſt mit anderer Stärck ſchützen? Wann ich für einer Statt lege mit einem Heer / vnd ſchüſſe wider die Mauren vnd Thurn daß braſſelt / vnd du würdeſt drinnen feindlich zornig auff mich / breche ſt auff mir wider zuſtehen / vnd theteſt doch nicht mehr / denn zeigteſt mir mit der Hand eben dieſelben Mauren vnd Thürn / die ich beſchoſſen hät / riefſeſt feindlich ich ſolte ſie anſe-

anſehen/ vnd gebeſt für / du hetteſt mich damit nidergelegt/ was ſolt ich von dir dencken? Jch würde einen Böttiger beſtellen / der dir ein Reiff oder zween vmb den Kopff legt / daß er nicht für großer vnſinnigkeit zerſprünge. Alſo ob du wohl höreſt / wie ich Schrifft führe vnd ſchließe wider die Menſchenlehre vnd gewonheit / will ſie auch nicht laßen gelten / ſie haben denn Schrifft für ſich / noch biſtu ſo klug / beſchützeſt ſie nicht zuvor mit Schrifft / ſondern trägſt ſie bloß für vnd zeigeſt ſie mir / als het ich ſie nie geſehen / wilt damit gewonnen vnd Küriſſer auffgebrochen haben / daß jederman ſehe/ wie dich die Hundstage reiten. St. Auguſt. contra Petilianum Donatiſtam, ſahe es für ein großen Schimpff an / daß Ticonius der Schrifft Donnerſchläg einführet wider jhn/ vnd er darauff nicht mehr denn ſeiner Vorfahren Menſchenlehre antwortet / meinent es ſey das närriſche antwort geweſen / vnd ich der auch eitel Schrifft einführe / ſoll Bocks Emſers Antwort für köſtliche thewre Weißheit halten/ ſo es nur Menſchen wahn vnd dünckel ſeyn/ ohn der Schrifft grund geſetzt / vnd trotzt gleich damit / nennet es Degen vnd Gewonheit. Darumb wehre dir wohl zu rathen / du liebeſt mit deinem Spieß vnd Degen daheim/ ſtritteſt mit Schrifft wider mich / wie ich wider dich thue. Wo iſt nun deine Viloſoffia/ die da lehret nicht petere principium? Addas licet

illa: Omne juramentum (votum) ſervandum: Si ſcilicet ſit juramentum tom. 7. Witt. pag. 572. Wann ich dem Teuffel in Gottesgeſtalt vnd Nahmen hette geſchwohren / vnd erführe darnach / daß der Teüffel geweßt wäre / ſolt ich darumb pflichtig ſein / daſſelb zu halten / oder ſolte Meineydig heiſſen / wo ichs nicht hielte? Nein zwar / ich thet als ein frommer Chriſt / der ſolchen Eyd flöhe / vnd ſpreche / pfu dich Teuffel / ich hab nicht dir / ſondern meinem lieben Gott geſchwohren / du haſt mich vnder ſeinem Namen betrogen. Similis eſt petitio principii in hâc Strophâ: Hæretici ſunt damnandi, Lutherus eſt Hæreticus. Ergò. tom. 3. lat. pag. 339. *Minor Syllogiſmi Theologici ſemper manet κρινόμενον; de qua litigatur, cum de majore conveniat. Vtrique enim hanc majorem ſtatuimus, Hæreticos eſſe damnandos, de minore autem lis eſt.* limitanda major, ſi ſint Hæretici. Item Eccleſia audienda, Romana congregatio eſt Eccleſia. Ergo. tom. 12. Witt. pag. 312. Sie ſtehen auff dem Spruch / Matth. 18. Man ſoll die Kirche hören / oder müße verlohren ſein / ſo doch Chriſtus daſelbs nicht ſagt / wer / wo / oder was die Kirche ſey / ſondern / wo ſie iſt / da ſoll man ſie hören. Das bekennen vnd ſagen wir auch / Aber wir fragen / wo vnd wer die Kirche Chriſti ſey / non de nomine, nicht vom Namen / ſondern vom Weſen fragen wir. Gleich als wenn ich einen

Trunckenen / Halbſchlaffenden / oder einen Narren fragt / lieber ſage mir / wer oder wo iſt die Kirche / vnd er mir zun zehen mahlen nichts anders darauff antwortet / denn alſo / man ſoll die Kirche hören / ſo ich nicht weiß / wer vnd wo ſie iſt? Ja ſagen ſie / wir Papiſten ſind blieben in der alten vorigen Kirchen / ſeit der Apoſtel zeit her / darumb ſind wir die Rechten auß der alten Kirchen kommen / vnd biß daher blieben / Ihr aber ſeid von vns gefallen / vnd ein newe Kirchen worden wider vns. Antwort / wie aber wenn ich beweiſet / daß wir bey der rechten alten Kirchen blieben / ja daß wir die rechte alte Kirche ſind / Ihr aber von vns / das iſt von der alten Kirchen abtrünnig worden / ein newe Kirche angericht habt / wider die alte Kirche? Porrò *Elenchus* Negatę concluſionis poſt manumiſſas præmiſſas; quę quodā quaſi ἀσυλίας privilegio gaudet, inviolabilis quoad præmiſſæ ſteterint, *nam ſi tollatur concluſio*, ait Ariſtoteles, *una aliqua propoſitio tollatur neceſſe eſt, ſiquidem poſitis iis omnibus, neceſſe ſit concluſionem effici*. Luther. tom. 12. Witteb. pag. 323. Was iſts doch nütze? daß jhr das conſequens ſo hart ſchneidet / vnd laßt doch das antecedens ſtehen? Iſt doch der Krieg nicht vmbs conſequens, wie jhr vnſinnigen Narren ſchreyet: ſondern vmb das antecedens. Ponatur Eccleſia certa, & obedientia ſequetur neceſſariò, econtra

non

non poſita Eccleſiâ, nulla ſequitur obedientia, ex naturâ relativorum, iſt anders noch ein Funck Dialecticæ in euch. tom. 7. Witt. pag. 531. f. 2. Da ſtöſſet ſich Eutyches, vnd entſetzt ſich für dieſem Wort / Ein Menſch ſchaffet Him̃el vnd Erden/ vnd ſpricht/ Nein/ denn ſolch Göttlich Idioma (als Him̃el ſchaffen) ſtehet nicht Menſchen zu / dencket aber nicht / daß er zuvor hat zugelaſſen / daß Chriſtus ſey warhafftiger GOtt vnd Menſch in einer Perſohn/vnd will doch die Folge oder conſequens bonæ conſequentiæ nicht zulaſſen/ & ib. p. 532. Vnverſtand vnd Grobheit iſt das/ vnd zeüget / daß ſie/Neſtorius vnd Eutyches böſe Dialectici ſind geweßt. Doch iſt ſolch Vnverſtand nicht ſeltzam in der Welt/ auch in andern Sachen/ da man offt etwas bekennet / vnd doch leügnet das / ſo darauß folgen muß / wie geſagt / Antecedente conceſſo, negare conſequens. Als jetzt ſind viel groſſer Herren vnd gelehrter Leuthe / die bekennen frey vnd feſt / daß vnſere Lehre vom Glauben/ der ohn Verdienſt gerecht mache auß lauter Gnade/ recht ſeye/ Aber daß man darumb ſolt Klöſterey vnd Heiligendienſt/ oder dergleichen laßen vñ verachten/ das ſtößt ſie für den Kopff/ ſo es doch die Folge vnd conſequens erzwinget / denn es kan ja niemand gerecht werden/ ohn durch den Glauben / darauß folget / daß man durch Kloſterleben nicht könne gerecht

werden/ was helt man denn dran? wozu ſolls denn? & ib. p. 533. Etliche Juriſten gebens zu / der Prieſter Ehe ſey recht / Aber die Folge geben ſie nicht / daß die Kinder ſolten Erben ſeyn/ das iſt eben ſo viel geſagt / der Prieſter Ehe muß Hurerey ſein / denn iſt Ehe da / ſo muß auch das Kind Erbe ſein/ iſts nicht Erbe/ ſo iſt keine Ehe da (cæteris paribus) Solches heißt man in den Schuhlen Negare conſequens antecedentis conceſſi in bona conſequentia, vnd deſtructo conſequente retinere antecedens, das vnmöglich iſt vnd heiſſen grobe vnverſtändige Leuthe / Aber es hat beide Neſtorius vnd Eutyches hieran gemangelt/ wie vielen in andern Sachen auch geſchiehet. Coronidis inſtar ſit carmen *Murnaro* adialectico cantatum tom. 7. Witt. p. 173.

Doctor Murnar wie ich bericht/
Hat aber ein Nacht gſchlaffen nicht.
Zwey newer Büchlein zugericht/
Darzu er ſich faſt hoch erbricht.
Doctor Luthers Schrifften anſicht/
Wie wohl er gantz darneben ſticht.
Gleich eim Blinden weit vmbher ficht/
Das rechte Ziel doch triffet nicht.
Neben dem Brey her vmbher ſchlicht/
Dazu er doch will greiffen nicht.
Den Fuchs er grauſamlich anſicht/
Vnd doch keins wegs beiſſet nicht.

Die Schrifft zwingt er auff ſein getichtſ/
Auff langen brauch ſein ſachen richt.
Damit Widerpart gſättigt nicht/
Viel newer Gſätz er einher flicht.
Der doch der Luther achtet nicht/
Verdunckeln will er helles Liecht/
So ſichs verbergen leſſet nicht.
Derhalb glaub ich/ das auch beſchicht/
Martin Luther jhm antwort nicht.

§. 10. Succedit deinde in Agone *Dialogiſmus*, *ςάσις καὶ συζήτησις* Actor. 15. 2. ſeu digladiatio, colliſio & conflictus mutuus, λόγῳ ἔξω editus, ſcripto an vocali? nihil hîc intereſt. quo lux veritatis (ſicut ex colliſione ſilicis & chalybis ignis) elicitur. Serius autem non jocularis, decretorius non præluſorius, vigil (advigilante dracone) non ſegnis, ad aſphalian non opinionis fucum attentus: quo collatis inter ſe ſignis duo Opponens & Reſpondens contendunt: Uterque reſolvit & ad lydium veritatis lapidem revocat, ille theſes, hic objectiones. conſtat hinc ex parte componentis, probantis, argumentantis, brevis, acuti, nervoſi, limati *Syllogiſmi* aſtrictione (hebræis חשבון Eccleſ. 7. 25, 27. vox Syllogiſmi *ῥητῶς* extat Luc. 20, 5.) ex principio proprio recteque quoad ſenſum expoſito: id vero *Sacra eſt ſcriptura, Canonica, incorrupta, ſola. Nunc*, ait *Auguſt.* lib. 3. *adverſus Maximinum* Aria-

 norum

norum Epiſc. cap. 14. *ego nec Nicænum, nec tu debes Ariminenſe, tanquam præjudicaturus, proferre Concilium: nec ego hujus auctoritate, nec tu illius detineris, ſcripturarum auctoritatibus, non quorumque propriis, ſed utriusque communibus teſtibus, res cum re, cauſſa cum cauſſa, ratio cum ratione decertet.* Et lib. I. de Trinit. cap. 6. *Qui dixerunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe Deum, aut non eſſe verum Deum, aut non cum Patre unum & ſolum Deum, aut non eſſe immortalem, quia mutabilem, manifeſtiſſima divinorum teſtimoniorum & conſona voce convicti ſunt, velut ſunt illa: In principio erat verbum, &c.* Sacra inquam ſcriptura *incorrupta. Nos ergo* (ita Salvian. l. 5. de Gubern. pag. 161.) *tantum Scripturas Sacras plenas, inviolatas, integras habemus, qui vel in fonte ſuo bibimus, vel certè de puriſſimo fonte hauſtas per miniſterium puræ translationis haurimus. Cæteræ quippe nationes, aut non habent legem* DEI, *aut debilem & convulneratam habent, aut per hoc, ut diximus, non habent, quæ ſic habent. Nam etſi qui gentium barbararum ſunt, qui in libris ſuis minus videantur ſcripturam ſacram interpolatam habere vel laceratam: habent tamen veterum magiſtrorum traditionem corruptam, ac per hoc traditionem potius quam ſcripturam habent, quia hoc non retinent, quod veritas legi ſuadet, ſed quod pravitas malæ traditionis inſeruit.*

*inſeruit. Barbari quippe homines Romanæ, imò potius humanæ eruditionis expertes, qui nihil omnino ſciunt, niſi quod à Doctoribus ſuis audiunt: quod audiunt, hoc ſequuntur, ac ſic neceſſe eſt eos, qui totius literaturæ ac ſcientiæ ignari, ſacramentum divinæ legis doctrina magis quam lectione cognoſcunt, doctrinam potius retinere quam lege. Itaque eis traditio magiſtrorum ſuorum & doctrina inveterata, quaſi lex eſt, qui hoc ſciunt quod docentur. Hæretici ergo ſunt ſed non ſcientes.* hæc ille! *Syllogiſmi autē in formâ materiaq; juſti,* laqueo candido, pleno, categorico, ad regulas (non prudentiæ ſed) logicas amuſſitato, recto, h. e. in caſibus rectis non obliquis, rectâ conſequentiâ non nudâ congruentiâ (quæ in decretorio certamine nū pugnat) aſtringentis.

e. g. *Ad opus ſummum decebat mitti ſummum angelum: Atqui opus ſummum Dei eſt Verbi incarnatio: E. Gabriel ad id nunciandum miſſus eſt Angelorum ſummus. Verum hæc ratio non omnino convincit. Nam reges ſæpe ad ſumma negotia cum Pontifice vel Imperatore tractanda, mittunt legatum non abſolutè ſummum, ſed aliquem è majoribus & primis aulæ ſuæ principibus. Adde Gabriel miſſus eſt non tantùm ad ſummum negotium cum B. Virgine, ſed & ad minora negotia; de nativitate S. Ioannis cum Zachariâ Luc. 1. & ad bella Machabæorum cum Daniele cap. 10. pertractanda.* Ita Cornel. à Lap. ad Daniel. pag. 1355.

§. 11. Jllinc ex parte *Reſolventis*, Examen juſtum ſtatus controverſiæ, Syllogiſmi, conſequentiæ, interpretationis. Siſtendus eſt cōſequentiarum torrens; ſolvenda catena:

notandum principium *μεταβατικὸν*. *Si, in*-quit *Ariſt. in Topicis, ratio quæ non eſt medicinæ propria videatur medicinæ eſſe; aut geometrarum quæ non eſt, aut dialecticorum quæ non eſt? Principij falſo expoſiti detectio*, cum pſeudhermenia commiſſa eſt. 3. Præmiſſarum vel alterutrius vel utriusque negatio. 4. Inſtantiæ εὐλόγυ, indubiæ & tempeſtivæ inductio, τὸ γὰρ ait Ariſtoteles, ἄνευ ἐνςάσεως ἢ ὄσης, ἢ δοκύσης, κολύειν τὸν λόγον, δυσκολαίνειν ἐςὶν. dixi εὐλόγυ, *neque enim ſatis eſt*, ait *Philoſophus* l. c. *data exceptione reſiſtere, etiamſi falſum ſit quod refellitur, ſed etiam cur falſum ſit docendum eſt, ſic enim utrum occurrendo, ratione & conſilio ductus ſit nec ne intelligitur.* dixi *indubiæ, poſtulandum* eſt Philoſophi de ſententiâ, *ut afferatur exceptio, non in eo ipſo quod proponitur, niſi forte unum eſt ſolum ejus generis: ut duo, ſunt tantummodo parium numerorum primus. Debet enim is qui excipit, in alio genere excipere.* dixi *tempeſtivæ*, Ariſtoteli illud ἐνςάσεων genus videtur eſſe χείριςον ac deterrimum τὸ πρὸς τὸν χρόνον. *nonnulli* inquit *in refellendo ea afferunt, quæ ad diſſerendum plus temporis deſiderant, quam patitur diſputandi conſuetudo.* 5. *Diſtinctio. cum cognitum* (verba ſunt Philoſophi l. cit.) *apertumque erit id quod multis modis dicitur, ſi omni ex parte & omnino verum ſit, aut falſum quod affertur, id omnino concedi negarive debebit:*

*hebit: Sin quadam ex parte verum aut falſum id ambiguè dici, & in illo verè in hoc falſo dici indicabit,* ἢ γὰρ διαιρεῖ ἢ ἀναιρεῖ ὁ διαλεκτικὸς ὢν καὶ προτατικὸς καὶ ἐνστατικός. Denique Limitatio, quâ quæ amplè nimis ac liberaliter ſunt deducta, in ordinem rediguntur. Hîc ſi nihil vitii oſtendi poſſit, vicit componens. ſi aliquod? victus eſt. dabitur tamen vindiciis locus utrique, uſque ad αὐτοκατάκρισιν. Advertendum hîc denuò examen formæ imprudenter omitti, prudentius præattendi, atque ſic compendiò confici certamen. multa, e. g. reſponderi ſolent ad argumentum è Rom. 8. Quos prædeſtinavit hos & vocavit. At ſolos electos prædeſtinavit. E. hos ſolos vocavit, cum verbo expediri omnia poſſent, minorem eſſe (virtualiter) negativam in primâ figurâ. Item ſecurè hæc conſequentia tranſmittitur. Omnis præſcitus, præelectus, prædeſtinatus, eſt vocatus, juſtificatus, glorificatus. Ergo omnis, non præſcitus, non præelectus, non prædilectus, non prædeſtinatus, non eſt vocatus, non eſt juſtificatus. perinde ac ſi dicas. Omnis homo eſt animal, mortale, bipes. E. omnis non homo eſt non animal, non mortale, non bipes. Item veriſſima iſta, Omnis glorificatus eſt juſtificatus, vocatus, prædeſtinatus, prædilectus, præelectus, præſcitus, parit hanc falſiſſimam, Omnis non glorifi-

catus, eſt non juſtificatus, non vocatus. Perinde ac ſi colligas, Omnis in ludis Olympicis coronatus fuit ad iſtum ludum vocatus, cucurrit ad metam, Ergo omnis non coronatus non fuit vocatus, non cucurrit. „ Propoſitiones Univerſales non reciprocas „ inconſequenter colligere, niſi convertantur per contrapoſitionem, pueri logicorum ſciunt. Παραράματα hujuſmodi etiam à ſummis Philoſophis admitti poſſe Gerh. *Ioh. Voſſius* declarat exemplo l. 2. de Orig. Idol. c. 2. pag. 741. *Fefellit non vulgares modo animas, ſed ſummos etiam Philoſophos, σόφισμα ſive ἀσυλλογιςία quædam, quæ iſtiusmodi eſt: Gravia omnia ſunt opaca. Et nubes eſt opaca, ſaltem præ aëre infero, Inferiori igitur aëre gravior eſt. Non jam dicam de formæ vitio pueris conſpicuo. Obducam modò ſimile argumentum, Graviora cuncta ſunt opaca. Atqui lignum eſt opacum præ aquis quibus ſupernatat, Lignũ igitur gravius eſt aquis. Quid ſtultius?* Dialogiſmi omnem methodum ex antiquitate exemplis declaravimus in Chriſteid. act. 1. theatr. 3. phænom. 1. pag. 603. & ſeqq. & polemoſoph. p. 135. & ſeqq. ac noviter in compendium arctavimus in Salv. Reform. p. 840. & ſeqq. nolo excuſa recudere.

§. 12. Supereſt TERTIUS *Agonis* actus *Convictio*; Quippe poſt diſcretionem veri à falſo, puri à confuſo, liquidi ab illiquido

è criſi

è criſi ſubducto calculo aut candido aut atro: illo abſolvente hoc damnante; poſt evictam veritatem, exurgit *convictio conſcientiæ*, quædam quaſi αἰχμαλωσία quâ ratio adverſa captiva ducitur 2.Cor.10. ac *occiſio falſi* cùm λόγῳ ἔσω per αὐτοκατάκρισιν. tùm λόγῳ ἔξω per confeſſionem & palinodian. Is enim qui cauſſa cecidit, ſi ſanus eſt, ſi pius, ſi boni publici ſtudioſus, ultro dabit manus & cogitabit, in veritatis Scholâ pulchrum eſſe & vincere & vinci, ac quod Philoſophus denuo monet, non licere utrique eundem finem conſequi, πλεῖυς γὰρ ἑνὸς ἀδύνατον νικᾷν. Sequitur Elenchus, ac ἐν ἀνιάτοις *anathema*, fulmen ſacrum, σημείωσις. Tit. 3.10, 11. Auctoramentum VICTORIA EST, cujus obtentæ indicia ſunt Adverſarii aut obmuteſcentia, aut mera petitio principii, generalium veriſſimorumque principiorum utrinque conceſſorum inficiatio: contradictionis, & manifeſtæ abſurditatis admiſſio. (Syllogen hujuſmodi abſurdorum & contradictionum in quam Colloquium Ratisbonenſe finiit, videas in relatione von demſelben Colloquio D. Ægid. Hunnii p. m. 51. & ſeqq. nam ad hos tandem ſcopulos adhærent qui hærent) ſequitur vadimonii deſertio. Contra victoriam jactare ante deprælatum prælium, alazonia eſt, de quâ conqueſti ſunt *Remonſtrantes*

Batavi

Batavi in præfat. ad Act. p. 5. *Convictos non fuiſſe, quo colore, quâ ſpecie, qua veriſimilitudine dicitur? Certè non aliâ, quam qua olim Nero Imperator Chriſtianos generis humani hoſtes convictos pronunciavit, &c.* Sed & longe ante *Ioh. Huß* Martyr in Epiſt. 2. è carcere Conſtantienſi miſſâ, ad Bohemos, recitatâ in tom. 12. Witteb. pag. 279. Ich ſprach/ich wolt mich gern weiſen laßen / wo ich geirret hette: Muſten ſie vom oberſten Cardinal dieſe Wort hören / wilt du dich weiſen laßen / ſo muſtu zuvor deine Lehr widerruffen / wie es die 50. Doctores beſchloßen haben. O ein ſchöne vnterweiſung war das! Alſo hette auch S. Catharina die Warheit Gottes vnd den Glauben verläugnen müßen / dieweil fünfftzig Meiſter wider ſie ſtunden. & mox. Diß hab ich darumb euch wollen ſchreiben / auff daß ihr wiſſet / wie ſie mit keiner beſtändigen Schrifft noch redlichem grund mich vberwunden / ſondern mit ſchreien vnd Liſt angefochten haben / mich zu vberreden / daß ich ſolt widerruffen vnd meine Lehre verſchwehren. Simili Thraſoniſmo *ἐπινίκιον* in Lutherum cecinit Eccius, referente Luthero tom. 1. Jen. lat. p. 294. *Hiſtoriam famoſæ hujus diſputationis, quam Lipſiæ habuimus, optime Spalatine, cupis noſſe, ea vel maximè cauſſa, quod audieris Eccium noſtrum, & Ecciane factionis aliquot homines iamdiu & ſecure triumphare, Encomiaque cantare.* Ego

*ſane*

*ſane gaudeo & gratias ago, ſi tam vera eſt victoria, quàm magna eſt jactantia. Quid enim Chriſtianis, præſertim Theologis, magis optandum, quàm ut veritas triumphet, error traducatur? Sed rurſus quando unquam auditum eſt à ſeculo, hanc eſſe gloriam veram & ſtabilem quæ ſeipſam prædicat, & ante tempus jactat? Nonne in hanc ſunt Proverbia edita: Encomium ante victoriam: Rumor ante ſalutem? Deinde illud Trivij: Propria laus ſordet, & laudet te os alienum? Tum Chriſtus, ſi gloriam meam quæro, gloria mea nihil eſt. Et Proverbiorum autor Salomon, hæreditas (inquit) ad quam in principio feſtinatur, in fine benedictione carebit. Iuſtus enim (ut ſcriptura dicit) in principio non eſt jactator. Sed accuſator ſui: Phariſæus autem primò eſt laudator ſui, ſimul accuſator omnium aliorum.* Memorabilis hiſtoria jactatæ victoriæ, roſâ donatæ, extat in Colloq. Menſal. pag. 377. f. 2. Doctor Staupitz ſagte vns (ſprach Dr. Martin Luther) Er hette von Dr. Andrea Proles/ dem beſten Prediger gehöret / da er einmahl zu Gotha ins Kloſter gangen / vnd gemahlet geſehen / Doctor Andreas Zacharias (der zu Erffurt im Auguſtiner Kloſter für dem hohen Altar begraben liegt / vnd Johann Huſſen vberwunden ſoll haben / wie man ſagt/) mit einer Roſen an ſeinem Pareth / hat er geſagt: Behüte mich Gott/ daß ich dieſe Roſe nicht trage/

denn

denn er hat Johannem Huß mit vnrecht vberwunden/ durch eine gefälſchte Biblia/ Nemblich da Ezechielis am 34. Capitel alſo geſtanden: Sihe ich will ſelbſt heimſuchen vnd ſtraffen meine Hirten/ (darzu war geſagt/) vnd nicht das Volck/ Non populus, dieſen Text haben ſie in Johannis Huſſen eigenen Biblien gefunden/ Jhm geweiſet vnd darauß geſchloßen/ Sihe du ſolt den Pabſt nicht ſtraffen/ ſondern GOtt wills ſelber thun. Da ſagt M. Spalatinus: dieſen Text hat der Teuffel in die Bibel bracht/ Ja ſprach D. M. L. Er hat darinnen alſo geſtanden/ wie es auch hinein kommen iſt / alſo iſt der fromme/ heilige Mann verdampt vnd verbrannt worden.

---

# CAPUT III.

## GLADIUS OBEX PACIS Διαλεκτιμισης ſive Diſputationum Oſor.

## ARTICULUS PRIMUS. Acinaces ſive gladius Mahometicus.

§. I.

ANtiqua ſerpentis Techna eſt, diſputationis cataracta, colloquiorum de religione obex, coloribus concordiæ cerusſata:

ſata: Præſentiſſimi, veritatis veſtigandæ, inſtrumenti fuga odiumq;. Quod peccat coquus, id luit canis. Scortatrix eſt Sophiſtica; Virgo Dialectica; illa de ſacris diſputando incendit contentiones, hæc ſopit: illa totam controverſiam exponit ad aleam, hæc ad aletheam ac aſphaliam. Hinc meritò in illam legum acies diſtricta fuit. Hanc enim vetuit *Marcianus*, cum de fide Chriſtianâ diſputare vetuit. in hanc invehitur titulus in Codice Theodoſiano de his *qui religione contendunt*. Eſt & Lex *Leonis & Anthemij* (L. qui in Mon. C. de Epiſcop. & Cleric.) quæ Monaſteriis egredientes vetat de religione vel de Doctrina diſputare. *Andronicus* Imperator rerum divinarum peritiſſimus, Epiſcopos ſubtiliùs diſputantes de iſto, *Pater major me eſt*, in amnem abjecturum ſe minatus eſt, nî tam periculoſis ſermonibus abſtinerent. Nam & in vitilitigatores Rabulasque leges latæ ſunt, & pœnæ indictæ.

Memorabile eſt quod c. 10. monit. polit. narrat Lipſius. Quid Galeacius Dux Mediolanenſium? cum aliquoties audiſſet vafro ingenio cauſſidicum eſſe, qui lites ſerere & ſatas producere atque alere; etiam in liquido jure poſſet: hominem ad ſe accitum affatur. Debeo, inquit, piſtori meo centum aureos. non lubet ſolvere: tu ecquid tueri me in jure, & rem protollere potes? Annuit largiter, & Principi promptè ſe dedit; ſed iſte ei malum. Nam fraudis ſic confeſſum, verbis prius increpitum, laqueo publicè necari juſſit.

At, qui gladium ſpiritus ipſum ac genuinũ, alio gladio legũ iniquiſſimarum coërcent,

e. g.

e.g. *Heraclius* Imperator, qui tam ſingularem quàm duplicem in Chriſto Energiam aſſeri prohibuit. qui *Siſinnij* judicio calculum adjiciunt ( *Leo* ſcil. Papa apud Spondan. ann. 454. 2. ann. 458. 2. *Caniſius* in dedicat. oper. Catech. *Gretſer.* in reſp. ad theſ. Hunnian. pag. 50. ſubſcribunt è politicis Juſtus *Lipſ.* l. 4. polit. cap. 3. Piccart. obſ. hiſt. pol. dec. 4. cap. 5.) cum, ut polemicam Theologiam extinctum iret, contra πατροπαράδοτον, ſive ἐκδοτικὴν τῶν παλαιῶν. dilemmate quodam invehere tentavit. *Sic enim* Sozom. l. 7. 12. *Siſinnius auctor fuit* Theodoſio Imp. *ut fugerent inſtitutas cum ſectarijs diſputationes, utpote rixarum atque pugnarum fontes. Sed ex ipſis quærerent, reciperentne eos, qui ante Eccleſiæ diſtractionem interpretes ac Doctores fuiſſent Scripturæ Sacræ? Etenim ſi horum teſtimonia rejecerint, inquit, à ſuis ipſorum conſortibus explodentur. Sin autem ſufficere eos ad controverſias decidendas arbitrabuntur, produci oportet illorum libros. Certo enim ſciebat, Veteres, qui coæternum cum Patre filium cognoverant, auſos non fuiſſe dicere, illum ex aliquo principio duxiſſe originem,* Næ illi infantem cum ſordibus ejectarunt. Repeto è Sigalione analyſin noſtram Judicii Siſinniani. *Suſpecta eſt* cùm *relatio* de hoc Conſilio ( cum non videatur credibile, ita *Gretſer.* in reſponſ. ad θέσεις Hunn p. 53. Nectarium

tium de diſputatione cum Hæreticis ineun- da; ab Imperatore appellatũ: rem ad Agellium Novatianum Epiſcopum, & hunc ad Siſinnium lectorem ſuum detuliſſe; quaſi Eccleſiæ Catholicæ defuerint viri docti & prudentes, qui & cum adverſariis fortiter confligere, ſapienterque, qua ratione confligere oporteat, ſuadere poſſent: Sozomenum autem & Socratem, Scriptores Novatianos, Agellio & Siſinnio itidem Novatianis, ex benevolentia erga ſuæ communionis Antiſtites factum hoc tribuiſſe, confer Spond. ann. 475. num. 3 *Tum Conſilij auctoritas.* hæreticus fuit, qui ſuaſit, & quia Novatianus Novator, Scripturarum Sacrarum refuga. Quis tutò de tribulis ficum ſperabit? Conſilium ipſum primum dilemmate nitebatur nimis quàm imbelli; potuit enim utrumque ejus cornu admitti ſine periculo; recipi ſcil. teſtimonium Doctorum anteriorum, ſed ut horologium ad primum ſolis motum examinandum: nec tamen agnoſci oportuit pro ſufficienti controverſiarum normâ. Eò quòd de ſenſu teſtimoniorum Veterum diſceptari poſſit, ſæpe ambiguo, aliquoties (ſaltem ad ſpeciem) contradictorio: ad quam normam hæc poſterior diſceptatio referenda; quo medio veritas ſenſus indaganda? niſi quam Siſinnius abrogatum iverat, diſputandi peritia?

Deinde ab Auguſto non obtrudebatur, ſed libere offerebatur, ſi quis eſſet, qui præſcriptione mallet agere, quàm retractatione, ut Tertulliani phraſi utar? Unde cùm prudentiſſimus Imperator vidiſſet, hoc cuneo frangi non poſſe ligni pertinaciam, deſeruit illum, ac de alio remedio cogitavit. Quantoperè Græci in Concil. Florentino Dialecticam aciem effugerint copioſe in ſtylo vindice deduximus. Sed hæc vetera ſunt. Eandem tamen fabulam mutatis perſonis ludit noſtrâ ætate Hiſtrio Tartareus, cum legem Acinace munitam olim productam, hodie adhuc ferientem diſtringit quã ut barbarã ac imanã horrere deberent, qui eam conſectantur, Chriſtiani Irenopoëtæ. Subtilius ac aſtutius declinarunt olim polemomachiam ſacram Ariani doloſè orthodoxis imponentes. Ita enim *Hunericus*, Vandalorum in Africa Rex, & Arianorum patronus. Virtutem ſpirant verba invitatoria ad Colloquium reſcripti ad *Eugenium Epiſcopum: Ad diem Calend. Ianuarium proximè futurarum, omiſſâ omnis formidinis excuſatione, volo ut omnes Carthagine conveniatis, ut de ratione fidei cum noſtris venerabilibus Epiſcopis (Arianos putat) poſſitis inire conflictum, ut & fidem Homouſianorum, quam defenditis, diverſis ſcripturis propriè approbetis, quo poſſit agnoſci, ſi integram fidem teneatis.*

*Victor*

*Victor Vticenſ.* l. 2. de perſec. Vandal. Reſpondit Eugenius orthodoxorum præcipuus cum ſuis, *ſe diſputationem legis cum adjutorio DEI nullatenus declinare, vel fugere, ſed ſine Vniverſitatis aſſenſu non debere aſſerendæ fidei noſtræ cauſſas aſſumere.* Prudenter ſanè & modeſtè, ne toti Eccleſiæ præjudicetur à paucis: aliis quoque Doctoribus in Conſilium aſcitis. Hoc vero poſtulatum indignè ferens *Hunnerichus* vulpinâ exuta leoninam induit, ac Epiſcopos diſputationi interfuturos exilio ante mulctavit, quàm dies colloquio deſtinatus adveniſſet; Neque hic furor ſedatus: Sed cum dies dictus adeſſet, idem quendam ex Homouſianorum cœtu *Lætum* flammis ſubjecit. Hoc nimirum ſpectaculo illuminativo cæteros docere voluit, quid & ipſi expectarent, ſi liberius in diſputatione loquerentur. Atque hoc erat, quod movit *Eugenium,* ut ex transmarinis *etiam Catholicis collocutores depoſceret, nec deeſſent in Africâ, qui adverſariorum objecta refellerent, ſed ut illi venirent, qui alieni ab eorum dominatu, majorem fiduciam libertatis haberent, pariterque oppreſſionis noſtræ calumniam univerſis populis nunciarent.*

# PRIMUS OBEX.

## LEX QVASI ACINACEA.

De Religione cum Muſulmano diſputare nefas eſto.

§. 1. *De præceptis hujus libri (Alcorani) quare quis quæſtionē querimoniamve movet? poſt conſtitutum enim Alkoranū quidquam inde mutare nefas eſt.* Surat. 13. *Tecum diſputare volentibus dici to: DEUM ſolum omnes actus tuos cognoſcere, qui die poſtremo lites omnes & contrarietates diſcutiet. homines incredulos ſic alloquere, ego quidem legem veſtram atque ſectam minimè ſequar, nec vos meam. Igitur mihi mea maneant & vobis veſtra.* Surat. 25, 32, 113. hinc graves in diſputatores diræ fulminatæ. Surat. II. Lex *Mahometica*, inquit *Ioh. Andreas* in confuſ ſect. Mahom. cap. 12. pag. 158. *nullam admittit rationem aut diſceptationem: clare prohibetur omnis diſputatio cum Iudæis aut Chriſtianis.* hinc facilis captura ſimplicium, cauſam augmentationis hujus ſectæ, addit, *quia Mahometes legem dedit genti ruſticæ, barbaræ, idola colenti, indoctæ, nec in ea reperiebatur vel Aſtrologus, vel Phyſicus, vel Logicus, vel Philoſophus; quod ſi Mahometes dogma ſuum propoſuiſſet inter Philoſophos, Logicos, Aſtrologos, aut homines civiles, ut Apoſtolis Chriſti cum literatiſſimis Iudæis & Ethnicis res erat, ſine dubio fuiſſet exploſus. Ac Apoſtoli quidem non armorum terrore vel prælijs ad ſe traduxerunt homines, ſed concionibus, diſputationibus & enarrationibus Evangelicis, & miraculis. quibus hæreticos, & omnes veritati ſe opponentes convicerunt, donec ſi-*

*nec fides Chriſtiana ita exaltaretur, ut obſcurari denuo non poſſet. In Turciâ controverſiæ de religione nullæ, ſtolidè ritus ſuos mirantibus potiùs quàm diſcutientibus. Nec diſcutere quidem licet immanium terrore ſuppliciorum,* Ita *Cauſſin.* de Regno DEI diſſert. 4. pag. 11. Quanquam ſi vera ſunt, quæ refert Michæas Mahometicus apud *Reginald. in Calvino Turc.* l. 1. cap. 4. p. 29. *habemus, ajebant, Synodos, ſed rariores, quia nimirum rara habemus ſchiſmata. Vbi autem nulla eſt ægritudo, quam perverſum eſt flagitare medicinam? Permultis poſt Mahumetem defunctum annis, quum inter noſtros quædam ſectæ fuiſſent enatæ ex diverſis Doctoribus tanquam Luthero, Zvvinglio & Calvino, contrario modo Mahumetis ſcripta interpretantibus, procurante Muauia generali Saracenorum Pontifice, indicta eſt Synodus Damaſci, in quam doctiſſimi ex toto orbe Mahumetani Sacerdotes magno numero confluxerunt, ſuorumque majorum libros undiquaque comportarunt, ad quos evolvendos communibus calculis ſex præſtantiſſimi viri ſelecti ſunt, qui ex multis centenariis paucos libros certam Mahumetis diſciplinam comprehendentes deſcriberent, quorum deinceps inviolata eſſet authoritas, adjectâ graviſſimâ pœna, ne quis deinceps in controverſiam vocaret quæ in hac Synodo fuerunt definita. Quod ubi feciſſent, reliqui libri omnes in proximum flumen ſunt conjecti*

*quos noſtri prodiderunt fuiſſe tam multos, ut vix â ducentis camelis in eam civitatem deveherentur: à quo tempore pauca admodum fuerunt apud nos ſchiſmata.*

§. 2. Eſt vero hic OBEX Dokimaſiæ, dialogiſmi, Elenchi: eſt ſufflamen gladii Spiritus, Incus impervius, in quo vani ictus retunduntur; obex cùm cuſtos intranei falſi, Alcorani, palladii ſc. tùm averruncator extranei veri, legis ac Evangelii captu præſtituque ſc. difficilis, *Luth.* tom. 7. Witt. p. 530. f. 2. Wir ſagen nicht / (ita Saraceni) daß das Evangelium nicht von GOTT ſey / ſo daſſelb der Alcoran öffentlich zeuget. Sagen auch nicht / daß es einen feil habe / oder unvollkommen ſey / weil es von GOtt iſt / ſondern es gebeüt ſo hoch und vollkommen ding / daß die Welt nicht vermag zu halten. Denn wer kan GOtt von gantzem Hertzen lieben / und ſeinen Nechſten als ſich ſelbs? Wer kan betten für ſeine Verfolger und Läſterer? Wer kan von hertzen guts thun denen / ſo jhm böſes thun? und viel ander hohe Ding gebeüt das Evangelium. Weils nun ein ſolch Geſätz war / daß man nicht halten kundte / hat GOtt die Welt beraten / mit dem Geſätz der Seeligkeit / und die Gebot leichter gemacht / und den Alcoran der Welt gegeben / der nicht ſo ſchwehr iſt / und die Leüthe durch jhn leichtlich ſeelig werden können / daher ſagen ſie / der Alcoran ſey

beſſer

beſſer für den gemeinen Mann / vnd der Welt gar ſehr gnug zur Seeligkeit / vnd heiſſen auch den Alcoran derhalben mit ſonderlichem Namen/ das Geſätz der Seeligkeit. Nimirum ut (juſtiori ἀντιστοίχῳ) gladius flammeus arborem vitæ muniret, colonum Adamum arcuit. Eſt conſequenter obex pacis unius, veræ, bonæ.

§. 3. II. OBICIS *Origo, Cacoethes eſt.* Nam hîc quoque ex malis moribus lex nata eſt, utinam non univocâ ac homogenea generatione! Indicat hanc Originem *D. Ægid. Hunn.* de Majeſt. Script. S. pag. 61. *cùm eorum temporum quibus Mahomet eſt ortus mortales varietate ſententiarum in rebus fidei multas in partes ſciſsi, atque inſuper diuturnæ concertationis, quæ inter Orthodoxos & horum Adverſarios, Arianos, Neſtorianos, Eutychianos, aliarumque opinionum ſectatores infeſtis utrinque animis agitata fuerat, ſic pertæſi eſſent, ut propè quamlibet conciliationem avide concepturi viderentur; Mahumetes hanc ſibi dandam operam putavit, ut diverſiſsimas opiniones atque ſectas, ad communem formam fidei vel potius infidelitatis redigeret ſeu cogeret verius, quæ & gentibus, & Iudæis, & Chriſtianis, & Arianis, & Neſtorij diſcipulis, & Eutychi ſectatoribus, atque adeo quibusvis aliquo ſaltem modo ſatisfaceret.* hæc ille! ne autem, & hæc ſatura cum tempore deficeret, lege

antidialecticâ illam ut ſepimento munivit. Hæc prophaſis fuit; vera ac intima cauſa Diſputandi ineptia, quam (in Creſconio) alias caſtigat Auguſtinus.

§. 4. III. OBICIS RATIO Eſt *Ratio Status*, Utilitas regentis, apparens, in præſens opportuna; in fine noxia: de quâ noſtra Theologia conſcientiaria part. 2. dial. 3. pag. 1082. Ejus color eſt, quo legem ſuam pinxit, Concordiæ ac inteſtinæ pacis ſimul & diſciplinæ tutius tuendæ prætextus. Cum apud *Reginaldum Anglo Rhemenſem in Calvino Turciſmo* l. 1. cap. 4. Samuel Chriſtianus Micheæ Mahometicolæ objeciſſet, Valde mirum nō eſt ſi nullæ inter vos oboriantur ſchiſmata, propterea que nullæ cogantur Synodi, quum hoc uno principio, *gladio* nimirum, omnia diſſolvatis argumenta, omnia compeſcatis ſchiſmata; inculcaſſet ſimul (ib. pag. 28.) crudelitatem Alcorani, mortem infligentis Apoſtatis, aut qui contra Alcoranum diſputaverint, reſponſum accipit: *Quis non conceſſerit patrem longe melius conſulere filio quem metu virgæ in obedientia continet, quam matrem quæ per nimiam indulgentiam eum patitur omni malitia diffluere? Quis negabit eam civitatem melius eſſe inſtitutam, ubi legum timore cives in officio continentur, quàm ubi exleges, nulloque jure devincti, in omni ſe intemperantiâ*

*tiâ effundunt? Conſule omnes Legislatores; formas omnium Rerump. Philoſophos qui de Politicis ſcripſerunt, invenies ubique poni duo, prima Civitatum & Rerump. vincula, præmium & pœnam: licentiam autem, & hanc diſſolutam, quod quis velit agendi facultatem nunquam, ut aliculus Reip. præſidia induci, ſed ſemper ut peſtes & ſcopulos quam longiſsimè removeri.* & mox p. 29. *An tu enim liberum eſſe velis unicuique privato homuncioni ad inaniſsimum ingenij ſui tribunal ea revocare rurſus diſcutienda, quæ à magno excellentiſsimorum hominum numero per totum orbem conquiſito, poſt acerrimum ſtudium, & longam diſputationem ſunt ſtabilita? An ignoras varijs Imperatorum antiquiſsimorum legibus hanc effrenatam licentiam eſſe condemnatam? Quæ vero Reſpub. quæ Civitas quæ privata domus, vel ad breviſsimum tempus maneret tranquilla, ſi hæc temeritas & furor eſſet impunitus?* Hujuſmodi cõcordia violenta eſt, domeſticis jurgiis vexata. Ejuſdẽ obicis ratio eſt injacta ſuſpicio malarũ mercium, h. e. librorum Chriſtianorum interdictorum. Quid eſt ſupplicium ante judicium ſi hoc non eſt? An ſanè egiſſet Juſtinianus ſi bombyces à Monachis allatos tanquam venenatos vermes ſine dokimaſiâ expuliſſet? non abhorrent Turci à Chriſtianorum auro, cur à vero? deſinit ſuſpicio, ſi ſe probari ſuſtinet: incipit. ſi

non. ſunt quidem ἄδωρα δῶρα ἐχθρῶν! at non omnia omnium. Exercitus Joſuanus viſus eſt Cananæis, hoſtilis, exitioſus, trucidandus: at pacem tulit ac ſalutem non obſtreperis. Accedit *Infallibilitatis coranicæ* perſuaſio altè mentibus infixa, quâ nihil fallibilius. *Hic liber eſt ſine falſitate, & ſine errore aliquo veridicus, ijs qui in ſe habent amorem* DEI, *qui timent atque colunt eum, & qui ſe oblectant in orationibus atque eleemoſyna, & legem tibi cunctisque tuis Prædeceſſoribus à Deo cœlitus datam obſervant, & ſpes futuri ſeculi comprobavit ſectam hanc eſſe veracem, quam qui ſequitur, ab ea beabitur ſummo bono, ut contra incredulis minatur perpetuum malum.* Sur. V. ſic incipit: *DEUS pius & miſericors, vivus & altiſsimus, ſupra quem non eſt alter Deus, & qui primo hominibus in viam rectam dedit Teſtamentum, & poſtea Evangelium, ultimo veraciſsimum librum videlicet Alfurcam veſtræ legis, confirmatorem ſuperiorum.* Surat. IX. *Liber hic vobis cœlitus miſſus.* Surat. X. *Librum veraciſsimum tibi de cœlo mandari.* Et XXVIII. *DEUS quidem glorificandus eſt, quod ſuis hominibus dederit librum purum & ſanum ſine aliquâ falſitatis mixturâ.*

§. 4. Αἰτία *ac intima interdicti cauſa eſt profeſsio religionis immutabilis; ac Victoria de ea impoſsibilitas*, quam apud Reginaldum Micheas proponit l. 1. cap. 5. pag. 39. *Quare*

quum

*quum uterque ita ſit obſirmatus, quis fructus ex hac diſputatione ſperari poterit. Verba multa utrinque profundemus, uterque concitabitur, uterque incaleſcet, dum dicta & argumenta ſua tuebitur acriùs, & alternis fidem verbis atrocibus, & aculeatis inſectabitur: quemadmodum tu antea abſurdam ſuperſtitionem mihi objeciſti, & hoc loco legem Prophetæ noſtri vocas maximè craſſam & obtuſam, quum ego id ipſum de Evangelio tuo ſentiam, etſi non eloquar. His & alijs hujusmodi dictis uterque efferveſcet, uterque fortaſſe ad diras verborum contumelias erumpet. At ad aſſumendam quam uterque viciſſim cupimus fidem, neuter ex eo quicquam commovebitur. Quare quum tu (ut opinor) non es ad me tranſiturus, & ego certò certius, nunquam ſum reverſurus ad fidem tuam, rixando & clamando hoc tantum conſequetur, ut minuatur, vel forſitan extinquatur amor ille, qui hactenus inter nos fuit mutuus. Ἀιτία quoque eſt Alcorani imbecillitas,* ejusque defenſorum *inertia* atque hinc ejus tuendi diffidentia. Vrſach (ita Luth. tom. 2. Witteb. pag. 528. f. 2.) warumb die Saracenen ſolche Bibliſche Bücher nicht leſen / denn jhre Gelehrten wiſſen / wo die Saracenen ſolche heilige warhafftige Bücher leſen / würden ſie die Lügen deß Alcorans gar leichtlich finden. darumb hat der Alcoran ſich ſelbs / auß Teüffels boßheit verwahret / daß ſeine Lügen

gen nicht offenbar würden/vnd viererley Wehre dafür gebawet. Die erſte / daß er gebeut / ſie ſollen tödten alle/ die wider den Alcoran reden/ wie droben Cap. 4. Die ander/ ſie ſollen nicht diſputiren mit Leuten von andern Secten. Die dritte/ verbeut er zu glauben / allen die nicht ſeiner Secte ſind/als im Cap. Abraham/ Ihr ſolt niemand glauben / ohn denen die vnſerm Geſätz folgen. Die vierdte/ daß er ſich von allen ſondert vnd ſpricht / Mir mein Geſätz/ Euch ewer Geſätz. *Nunquam Alkorani auctor* (ita *Reginald.* in Calvino Turciſc. l. 1. c. 4. p. 26.) *Tam ſollicitè caviſſet contra doctorum hominum diſputationes, niſi cogitaſſet futilitatem Alcorani ſolidis rationibus & argumentis ſtatim fore detegendam. Veritas enim, quo magis excutitur, quo accuratius ventilatur, quo ſubtilius in eam inquiritur, eò ſe tuetur ſolidius, eo conſiſtit fortius, eò fulget glorioſius: falſitas econtra quærit angulos, horret examen, imperat ſilentium, minatur laqueos & ſolo terrore nititur; utque podagrici totis artubus contremiſcunt, ſi quis eorum extremum pedis digitum vel leniter attigerit, non aliter mendaciorum Magiſtri, qui erroribus populum inficiunt, mirabiliter ſudant & pallent, & præſentem doctrinæ ſuæ ruinam extimeſcunt, ſi quis paulo doctior, aut ingenioſior eam quocunque modo cœperit rationum ponderibus examinare.* Da Mahomet (ita Luther. tom. 2.

Wit-

Witteb. pag. 521.) oder vielmehr ſein Meiſter der Teuffel ſahe/ daß ſein Geſätz/wider Gottes Geſätz im newen Teſtament wehre / auch wider ſich ſelbs / vnd kein Grund noch Wunderzeichen hette / vnd voller greifflicher Lügen ſtecket/ kund er wohl dencken / daß viel jhm würden einreden vnd widerſprechen / darumb gab er jhm ſein eigen rechtes werckzeug/das Schwerd zu tödten / vnd daher ſetzt er in ſeinem Alcoran ein Gebott / daß man alle die tödten ſolle / ſo dieſem Geſätz widerſtreben vnd nicht glauben/ darumb er auch nicht Capitel/ ſondern durchs gantze Buch als ein gemein Gebot ſpricht: Tödet / Tödet. adde *Ignaviam ſupinam* per quam non vacat indagare veritatem. *In Sacerdotibus* ait Septemcaſtrenſ. *non magna Doctrina requiritur: ſatis eſt ſi Alkoranum legere & ſecundum literam interpretari poſſunt: quoniam non vulgari lingua Turcica ſed Arabicâ à Mahumete eſt traditus; & nefas putant ſi vulgari lingua interpretatur, deſcriberetur.* IV. OBICIS VIS, *Mucro eſt* Acinacis, quo omnia adverſa argumenta non diſſuuntur ſed diſſecantur. *Occidite* (Lex eſt è Zunâ repetita ab *Andrea* confuſ. Mahom. cap. 12. pag. 160.) *homines quousque omnes Mauri fiant. Aſtute enim particularitates & bella, quæ ſine ducibus eſſe non poſſunt, ſerere voluit, ne ſecta ipſius rurſus diſſolveretur.*

§. 6. V. OBICIS INIQUITAS 1. in *Aletheam,*

*theam*, DEI filiam, liberrimam, Catholicam, Barbaricâ feritate, pari immanitate quâ gnomonica, Turcicâ expulſam; *liberrimam*, ideo, quia ex uno ſanguine tota gens humana in omnem orbem effuſa exundavit, ut arcta neceſſitudine juncta, quæreret Deum communem, ſed verum; nec ad unicam Babelicam turrim ſe obſtringeret. vide Theol. conſc. part. 2. Dial. 1. p. 381. & ſeqq. Sp. S. vult Spiritus probari, ſeipſum quoque. Heu! quàm proterva contra eſt, funium Amoris divini repulſa! 2. In *Mahometicolas* ipſos Brutifica, violenta, barbarica; quam per barbaram ἀσυμβολίαν, ab humanitatis, ſympolitiæ, commercii, rationalis colloquii cum gente alienâ excludit; lumine judicii captum tenet, excœcat, vivacitatem ingeniorum ſuffocat, καρδίαν parit ἀσύνετον καὶ νοῦν ἀδόκιμον, cum Alcorano vult ſimpliciter credi, nullâ arbitrii libertate relictâ. In hanc brutalitatem *Septemcaſtrenſis* declamitat cap. 21. pag. 47. *quicquid dicunt, quidve præcipiunt, ita volunt ab omnibus obſervari, quaſi præceptum* DEI, *ut nemo audeat vel in minimo contradictionem vel reſiſtentiam facere. Tertium motivum, per quod habetur evidens argumentum infidelitatis hujus ſectæ, eſt obſtinatio. Quis autem dubitat, veram fidem, libertatem voluntatis augere & non minuere? Vnde in Evangelio fideles*

*les*

*les docibiles dicti ſunt, eò quòd rationes non ſpernunt, ſed probant, & malum per rationes reprobant, & bona probantes quæcumque non recuſant, de malis quoque bona eliciunt, & adverſa ad ſuam utilitatem retorquent. Et hæc omnia fiunt in libertate fidei, per quam omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Non autem perfidia Turcorum ſic agit, ſed more beſtiarum, ſectam ſuam non rationibus ſeu argumentis, ſed gladijs & armis defendere contendunt, eo quod in lege ſua ſic ſe habere dicat in præcepto. Tantam enim pertinaciam & obſtinationem inhærendo ſectæ ſuæ habent, quòd quaſi uſum rationis videntur amiſiſſe & ad nihil aliud ſe poſſe moveri vel flecti ex neceſſitate oſtendunt. Nam quicquid viderint, audierint vel ſenſerint, quod hanc ſectam non commendat, immediate quaſi phrenetici, amentes, execrantes abhorrent, fugiuntque tanquam mortale venenum. Nec ſunt alicujus ſpiritualis impreſſionis capaces, nec aliqua ſpecies veritatis eis motivum præſtare poteſt.* Heu quàm Ἀξένιος ὁ εὔξενιος! 3. In *conſcientiam* & rationem perpetuo carcere violenter coercitam, ne poſſet liberos ſpiritus vel attrahere, vel ducere, vel expirare, ne vel olfacere odorem è cœlo, an orco? ad perpetuam gravedinem damnatam; reflexione mentis ( *κύκλῳ* vocat Philoſophus) quâ ſolâ diſcrepat homo à beſtiis & *ὀρέξει*

ſciendi,

ſciendi, naturâ omnibus mortalibus inſitâ ac pleniùs expoſitâ in Theol conſc. part. 2. Dial 1. p. 349 & ſeqq. ſpoliatam. ſemper, via ad εὐπορίαν ex ἀπορίᾳ, manet occluſiſſima; imo obſeſſam ſpiritu maligno, ac circæo quaſi poculo inebriatam, ut (ſimiles ſociis Ulyſſis) in homines remutari nolint. Forte aliquando politiores ἀνανήψωσι; ſtimulat eos lumen veri ſemenque boni inſitum, ut ſuam miſeriam agnoſcere, & chiragogos quærere velint; ſed frena remordere non audent, alioquin occiſiſſimi.

§. 7. VI. OBICIS RIGOR Δύσκλαςος; *ſed Expugnabilis. Nunquid eripietur giganti præda? aut captivi à juſto liberari poterunt?* Eſa. 49. 25. Luc. 11. 21? *Quum validus quispiam armatus cuſtodit aulam ſuam, in pace ſunt quæ ipſi ſuppetunt.* ὀχυρώματα objicit καὶ ὑψώματα quæ expugnari facile nequeunt. Romam citius in Thulen, quam qui ſic rigent, ad rectiora ſenſa transportaris.

Wo (ait Luth. tom. 2. Witteb. pag. 506. f. 2.) ſolt man ſie auch können bekehren / ſo ſie die gantze heilige Schrifft / beede new vnd alt Teſtament / verwerffen / als nunmehr tod vnd vntüchtig / vnd geſtehen niemand keine Rede noch Diſputation von der heiligen Schrifft / ſtopffen die Ohren / Augen vnd Hertzen feſt zu / gegen das ſeelige Buch der heiligen Schrifft / bleiben auff jhrem Alcoran.

ἄκλαςος τῷ φαύλως ἔχειν uti Ariſtoteles privativum α. exponit l. δ. metaph. c. 22. non quod nulla, ne obedientiali quidem potentia

tia poſſit effringi. *Poſtquam enim quispiam eo validior ſuperveniens vicerit eum, totam armaturam ejus tollit, quâ confidebat & ſpolia ejus diſtribuit*: ſed quod non poſſit naturali potentiâ facilè reſerari, quo igitur, inquies, κλαστηρίῳ obex hic removebitur? τῷ θείῳ (ut ſolet cauteriũ à conſcientia amoveri) aditum fatiente, exemplum in Benhadat dedimus in conc. *Anti-Turcic.* ad 2. Reg. 6. conc. 19. p. 358. Si quo divino fato porta Othomannica ἀπρόσιτος, εὐπρόσιτος fieri poſſit; ſi gladius Chriſtiani belli juſtus (de quo vide *M. Anton, de Domin.* l. 6. Reip. Eccl. cap. 8. n. 25.) penetrare eouſque, & commeatum præbere poſſit, ut cogatur admittere gladium ſpiritus; ſi vel captivitate, ductis in poteſtatem Chriſtianorum Muſulmannis, rima aliqua ſe luci aperiret: Tum gladio ſpiritus locus eſſet, in quo velitaretur, ipſamque legem interdictoriam ad rectę rationis trutinam appenderet, ac *viâ prius confuſivâ* (exemplo *Ioh. Andreæ* pridem Turcico *Mauri*, in confuſ. ſect. Mahom. c. 4. & Lutheri tom. 2. Witt. pag. 528. f. 2. Wo die Saracenen wolten dem Alcorano folgen/ da er Moſen/ David/ Salomon/ vnd das Evangelium alſo hoch lobet/ daß Warheit vnd Seeligkeit drinnen ſey / würden ſie wohl zu recht kommen / aber nun bleiben ſie verdambt auch durch jhren eygen Alcoran/ der ſie zu rech-

ten Büchern weiſet/ vnd ſie doch dieſelben verachten) *Poſt oſtenſivâ*, ad aletheæ victoriam penetraret. legem ante omnia hebetari oportet, quâ vividâ nihil obtineas. provide, contende, urge, omnem move lapidem pro illuminatione gentis miſerrimæ, plus quam Ægyptiis tenebris obſeptæ, omne è Chriſtianiſmo ſcandalum expurga: Idololatriam tolle, quam pejus gehenna oderunt, auctore *Septemcaſtrenſi* cap. 10. & 13. linguæ Arabicæ perdiſcendæ ſtudio (*Clenardo* præeunte & *Pellicano* inſtigante, qui, id quod in ejus vitâ laudat *Melchior Adami* pag. 296. *utilius exiſtimavit Turcicam linguam diſcere, quàm aliis in diſciplinis verſari: quando Turci nobis vicini eſſe incipiunt: ut tandem eos ad Catholicam veritatem, verbis doctrinæ adducere poßimus & humaniores reddere*) *Siſyphium ſaxum volveris.* Solet Rex Eccleſiæ Chriſtus vel gladio portas aperire ſuæ gloriæ: periiſſet Oneſimus niſi periiſſet: Ita interdum laqueo Sathanæ non exueretur Turca, niſi captivus laqueum Chriſtianum induiſſet. Arduum quidem eſt & ſummâ cum difficultate conjunctum Mahometicam cataſtrophen ſperare ſolum, nedum machinari; at non prorſus impoſſibile. Ingens eſt errorum efficacia, quæ devinxit Mahometicolas, ſed non minor eſt in gente circumciſâ; & tamen *potens eſt Dominus eandem oleæ inſerere* Rom. 11. 23. at manus

nus applicanda, opera conferenda, occaſio arripienda. Vult Dominus omnes homines non ſolum σῶσαι ipſe, ſed & σωθῆναι per nos. hîc licebit militare propter prædam, ſed animarum ſalutarem, precibus ardentiſſimis ac ſymphoniacis captandam: miniſterium præbebit, cùm diſciplina Chriſtiana ſtrictior, cujus neglectus inter τοὺς ἔξω fœdiſſimè ſordet: tùm ſuavior captivorum tractatio, felicior ſcil. animarum venatrix; à Talione immanitatis mens Chriſtiana abhorret. Sequetur conſcientiæ denique convictio, omni aliâ victoriâ potior. ſunt, fuerunt, eruntque ſemper in rebus humanis, cœtibus, ordinibus, genii quidam ita immortales, ita pertinaces, ut nec lege perterrefieri, nec virtute etiam heroicâ cicurari, nec gladio perfringi ac edomari omnino queant, nempe in Eccleſiâ Antichriſtus; in Politiâ ratio ſtatus; in Scholis Pennaliſmus; in opificiis jura tribuum quandoque fœda & abſurda; in orbe toto, ſpiritus (uti eum appellat Tertullianus) mundialis: nullus tamen unquam tam fuit ferreus, quin aliquando frangi potuerit, etſi non ſemper effringi; quin ab aletheâ hujusque miniſtra pennâ confuſus & convictus ceſſerit, non regione loci, ſed mentis ſequeſtræ æſtimationi. *Si mutari poteſt Æthiops pellem ſuam & vos poteritis bene facere, cum didiceri-*

*tis malum?* Conatus quidem eſt conatum ἀμήχανον, ὁ δεῖνα in Æſopico Apologo irriſus, qui mercatus Æthiopem, ratus nigrorem illi non naturâ, ſed ſuperioris Domini negligentiâ accidiſſe; nihil non adhibuit eorum, quibus veſtes candefieri ſolent, adeoque perpetuis lationibus miſerum divexavit, ut illum in morbum adigeret, colore, nihilo quam fuerat, antea meliore. At quia illi hoc poſſibile eſt, cui & Camelum per foramen acus immittere; non debet nixus iſte omnino deſperari. Fuit cum ad Thermas Sionias ablutum venit Regina Auſtri, rediit candida candace (nam hoc nomen à multis annis ad Reginas tranſiiſſe auctor eſt *Plinius* l. 6. cap. 29.) Fuit cum ad eaſdem migravit celebris in Apoſtolorum Itinerario Eunuchus Æthyops (Eous an Heſperius? Ægypto finitimus, an Arabs? nolo nunc definire) qui nive rediit candidior, cœleſtis vitæ Candidatus. Et quid hodie, orientis clauſtris ſævo acinace apertis, expetendum magis eſſet, quam ut per hoc oſtium, irrueret in ſacra noſtra lavacra, gens nigrore nativo adhuc imbuta; reverteretur ſanctiori, è cœlo, rore delibuta. Exemplum illuſtre in ſe ipſo præbuit *Ioh. Andrea* Maurus Mahometicus pridem Sacerdos, dignus qui audiatur ipſe in *prolog. confuſ.* Mahom.

In

In regno Valentiæ Hiſpanico urbe Sciativiâ, ego natus, à patre meo naturali Abdala Sacerdote in Mahometana Lege inſtitutus. Ipſoque mortuo illi ſuffectus fui, ſed in illa functione diu veritatem neſcivi, donec Anno Chriſti 1457. converſus, adque exemplum Pauli Apoſtoli incepi concionari, & contrarium illius quod antea falſo credideram & affirmaveram, publicare, ac altiſſimi præſidio multas animas Maurorum, quæ aliàs ad inferos perditum ibant & poteſtati Diaboli ſubdebantur, in hoc regno Valentiæ converti, monſtrans illis finem ſalvationis. Inde à Catholicis Principibus Ferdinando Rege & Iſabella Regina accerſitus fui, ut Mauros in regno Granatenſi ab ipſis nuper occupato quoque docerem, ubi DEI benignitate opera mea turba infinita Mahometem repudians ad Chriſtum traducta fuit.

Sæpe Mahumetiſmum ejusque Genium oppugnaverunt Chriſtiani exercitus. Sed parum profecerunt. Sæpe Claſſicum in Saracenicas expeditiones cruciatas cecinere Pontifices, Tubicines belli ſacri, URBANUS II. PASCHALIS II. GELASIUS II. CALLISTUS II. LUCIUS II. (omnes fruſtratione ſpei infœcundi) EUGENIUS III. ALEXANDER III. LUCIUS III. URBANUS III. (& quibus in tertiis conſiſtere fœdum fuit) INNOCENTIUS IV. ALEXANDER IV. URBANUS IV. NICOLAUS IV. (nihil minus quàm τετράγωνοι) GREGORIUS IX. GREGOR. XIII. (Dormitātii) fruſtra omnes tubas inflarunt, quia τὸ οὗ ἕνεκα non tam religio fuit orthodoxa, quàm Regio, ſub titulo patrimonii Chriſti (illius ſc. qui non habuit de proprio, ubi caput clinaret, ac ideo Monachorum mendicantium choragus) reparandi. *Satagamus*

 ait

ait *Corn. à Lap.* in præfat. ad Prophet. minor. *terram Chriſti Chriſto aſſerere prima Eccleſiæ prædia, illi reſtituere.* & ib. p. 15. *Prophetas, Chriſtum Dominum, Deiparam, Apoſtolos, eorum fidem & religionem, quaſi exules poſtliminio terræ ſanctæ reſtituemus*, hæc πρόφασις fuit: finis q̃ꝙ reflectit in Curiæ Rom. emolumenta, fimbriarum pontificalium dilatationem, dominationis elationem, ac *Aſpendij* ritu intus canitur. *Sic enim ſedes Apoſtolica (apud* Corn. à Lap. ib.) *Sacræ huj⁹ expeditionis, uti alia ſemper fuit, ita & nunc erit arbiter & judex, imo choragus, director, moderator. Hæc cuique ſuas operas & provincias partietur. Hæc ſpolia & lucra dividet. Hæc lites omnes judicabit. Hæc novos Principes & Reges, ſi opus ſit, inſtituet & creabit. Atque iſta eſt propria hujus ævi gratia & felicitas, ad commune hoc Eccleſiæ negotium conficiendum uti maximè opportuna & accommoda, ita hoc fine à DEO proviſa & donata. Et quia experientia conſtat omnem in debellando hucusque Turca difficultatem conſtitiſſe in diviſione & diſſenſione Principum Chriſtianorum; adeoque Reip. Chriſtianæ languorem tum prodiiſſe & ſe prodidiſſe, cum Monarchia tranſiit in Polyarchiam, Ottomannus in Monarchiam tranſtulit, quocirca Turcæ ſingulis Regibus potentiori, à Chriſtianis reſiſti nequit niſi ad Monarchiam redeant, ut Monarchæ infideli fidelem opponant. Et quis hîc*

*magis*

*magis idoneus, quàm ſummus Pontifex? Igitur in hoc bello ſubdant ſe Principes Chriſtiani, uti faciunt Romano Pontifici, atque hac ratione Monarchiam Chriſtianam redintegrabunt, eāque Turcica longè validiorem conſtituent. Quin & Solymannus ipſe CAROLI V. æmulus & Antagoniſta, ut Ferdinando Imp. Caroli Fratre ſe potentiorem oſtenderet, eius Legato inſultans dixit ſe eſſe Draconem unius capitis, ſed multarum caudarum; Ferdinandum vero & Chriſtianos eſſe Draconem multorum capitum ſed unius caudæ, q. d. Chriſtianorum Imperium eſt polyarchicum, ideoque diſcors & imbecille: meum verò eſt monarchicum, ideoque concors & validum.* Stat illud *Gamalielis*, omne Conſilium humanum eſt diſſolubile ſi non ſtatim, paulatim; ſi non ἀπνευςὶ cum anhelitu & cum ſudore; ſi non uno ictu, decies centies iterato. Unde quod verbo conſutum eſt mendacium, verbo diſſuendum: quod literis coaluit, lituris delendū: ſuâ arte quilibet hoſtis conficiendus. Poteſt igitur expugnari obex Mahometicus. DOMINUS vult ut expugnetur, vult enim omnes homines ſalvari: mandat verbo vivifico, inter eos per Judæos & Chriſtianos ſparſo; nunquam Deus, eos qui foris ſunt, reliquit ἀναπολογήτως: jamq; ex parte Turciſmus expugnatus eſt, exempla extant Theol. conſc. pag. 386. Cruſ. in Turco

græc. pag.347.107.119. vide Engliſch. Chriſtenſchutz. conc. 19. pag. 347. & ſeqq. Denique VIII. Obicis NOXA, Απώλεια tot millionum animarum, ſecuritate conſcientiæ erroneæ vincibilis, ſeductarum, euntium, quo Tullus & Ancus.

---

# ARTICULUS SECUNDUS.

## OBEX ACINACIS PARrallelus, ſive Lex Papæa.

### I. *Explicita*

## De Religione diſputare nefas eſto!

§. 1.

QUantum à dialogiſmo abhorreat ſpiritus Papæ, Scipio *Henrici* prodidit in cenſ. adverſ. Petr. Suav. Polani hiſt. Trid. pag. 16. *Ad componendas*, inquit, *in Germaniâ de religione contentiones Colloquium inſtituitur, annuente Cæſare, qui in Hiſpaniam inde diſceſſerat. At Catholici, qui Colloquio adeſſe debebant, monuerunt Pontificem, ut aliquem ſuo nomine mitteret ad tuendam religionis Catholicæ cauſam. Hoc audito, Pontifex, ne aliquâ religionis jactura ex hoc colloquio oriretur, Montis Pulceani Epiſcopum nuntium in Hiſpa-*

*niam*

*niam ad Cæſarem mittit. Hæc ille inter alia in mandatis habuit, ut Cæſari ſuaderet præjudicialis colloquij ſuſpenſionem*; Et ib. p. 27. *Ratisbonæ conventus; atque in eo colloquium de religione inſtitutum eſt, Quod acerbè Romæ ac Tridenti à Patribus eſt auditum*: Et ibid. p. 72. *Dux Sabaudiæ poſtulavit à Pontifice Colloquium, ad ſedandas de religione lites, ſicut & in Galliâ poſtulaverat Rex Concilium nationale, utrumque negatum eſt à Pontifice, ut inutile & pernicioſum, ad generale potius Concilium Principes hortatus eſt.* Colloquia curiæ Romanæ flagella & Papæ cruces ſunt. *Leo Papa provocationem ad patres & concilia ſtatuit docendi optimum eſſe modum, ut paternorum ſenſuum lineâ dirigerentur ad rectitudinem.* Hæc Leo planè divinè, ait *Spond.* anno 454. n. 2. *Nam hoc unum tunc exhibitum Eccleſiæ Alexandrinæ remedium, ſatis eſſe quovis tempore poteſt ad expurgandas quibuscunque hæreſibus quascuique Eccleſias; provocando nimirum ſingulas ad illos Doctores, qui in eis doctrinâ & ſanctitate claruerunt, à quibus & Evangelium vel prædicatum ipſis, vel propagatum fuiſſe conſtet. Paruit vero Marcianus Leoni atque ex ejus ſententiâ promulgavit edictum ad ipſos potiſſimum Alexandrinos & Ægyptios, quo ſanxit eos non recedere debere ab his quæ à ſacris Oecumenicis Concilijs ſtatuta fuiſſent, & ipſis prædicata à ſanctis ipſorum Epiſcopis.* Cur

non multo magis ad ſcripturam? Idem Leo ann. 458. num. 2. *haud ſe miſſurum Legatos ad diſputandum cum hæreticis, quod non eſſet Eccleſiaſticæ dignitatis, novis diſceptationibus ſubjicere quæ Oecumenicis jam fuiſſent definita Concilijs. Martinus V* (ita Lipſius in Lovan. l. 3. cap. 2. pag. 93.) *poteſtatem faciebat Lovanio amplam omne genus artium docendi, doctos producendi & titulis honoribusque afficiendi: ſolâ tamen Theologiâ, regina ſcientiarum, exceptâ. Quid moverit, neſcio: fortaſſe vulgare doctrinam eam & ſpargere, haud ex uſu cenſuit, neque campum nimis aperire diſputationibus & ſermonibus ſuper rebus divinis. Agapetus Papa* (ita Spond. an. 535. n. 15.) *hortatu Caſſiodori Senatoris animo concipiens publicas Romæ ſacrarum literarum Scholas collatis expenſis erigere, bellicis tumultibus ab incepto revocatus eſt. Qua in re ſicut admiratione ita & obſervatione dignum eſt, non extitiſſe hactenus Romæ Doctores, qui publice in Scholis ſacras literas profiterentur, ut ex hoc magis intelligas puritatem Apoſtolici fontis ibidem jugiter ſcaturientis & in univerſum orbem aquas limpidas derivantis; cum non pro arbitrio differentium, verbisque pugnantium hominum, ſacra dogmata ea Eccleſia definiret; ſed quæ ab Apoſtolis tradita, à majoribus deducta, à patribus ſervata accepiſſet, hæc ipſa univerſæ Eccleſiæ Catholicæ obſervanda præſcriberet,*

*ret.* Hinc auctore *Petr. Suav.* l. 2. hiſt. Trid. p. m. 250. *in cœtu Tridentino ipſum Colloquij nomen Patribus fuit execrabile.* Ægre latum Colloquium Poſſiacenum à Pontificiis non ſolum *Iohan. Lætus* è Thuano refert his verbis: *cum Beza in Diſſertatione de Cœnæ myſterio, eo uſque diſputationis calore provectus fuerat, ut licet fateretur, cunctos fideles participare corpori & ſanguini Chriſti, tamen affirmabat, ſi ad ſpacia locorum reſpiceretur, cum de præſentia corporis & de ipſius humanitate diſtinctè conſiderata agitur, corpus Chriſti tantum à pane & vino abeſſe, quantum altißimum cœlum à terra diſtat. Hæc dicere cum fremitu auditus, Cardinalis Turnonius excanduit vehementer & Regem male feciſſe colloquio conſentiendo conqueſtus eſt.* Sed & *Erbermann.* cap. 3. è Spondano; in Colloquio, ſcribit pag. 41. *licet nihil concluſum fuerit, valde tamen ſiniſtrè inde Regina tum apud omnes Catholicos, tum maximè apud Pontificem & Regem Hiſpaniæ audivit, quam & Iacobus Lainez* S. I. Præpoſitus, *vir pius & doctus, liberè monuit, hæc neque ad ipſam, neque ad quenquam Principem ſecularem ſpectare, ſed ad Pontificem, Cardinales, Antiſtites pertinere, nec fas eſſe dum Concilium univerſale celebraretur, privatum colloquium inſtitui.* Quid eſt immanitas Pharaonicâ illa dirior, ſi hæc non eſt? Pharao admiſit, audivit Moſen &

Aaronem cum Jamne & Jambre concertantes: at hîc aſpis obthurat unam aurem allophylis, ſuis ſolis utramque aperit.

## *II. LEX IMPLICITA*
## Ac ſine virtute, virtualis.

Involuta I. in *Præjudicio*, ex præſcriptione adultæ conſuetudinis ac diutini uſus nato, ne cauſa veniat in diſquiſitionem. *καταγγέλλουσιν ἔθη* (*ἐναντία* ſcil. *τοῖς ἔθεσι ἡμῶν*) *ἃ οὐκ ἔξεστι ἡμῖν παραδέχεσθαι* ajunt Philippenſes Act. 16, 21. hinc phraſes, hoc in generali concilio decretum eſt: magis recepta eſt opinio, quàm ut fas ſit dubitare: hoc diutius uſus approbavit: hoc plus quàm mille ſeculorũ conſenſu ſancitum eſt II. In *Decreto artis novæ*, edolatæ à Renato Benedicto, Gonterio, Arnoldo, Veronio, Walenburchiis. vide Polemoſoph. pag. 270. & ſeqq. Præſtaret priſca illa gravioris, maſculæ magisque arduæ diſceptationis veſtigia, quæ præivit Bellarminus (in quo protegendo ſi quis Gretſeri affectas non confectas vindicias perſequi voluiſſet, habuiſſet ſtadium in quo decurrere ac ſudare poſſet) inſiſtere; quam novas illas ignavas ac obliquas ſemitas, tanquam in deſperatâ cauſâ reperire, quarum labyrinthus cum detegitur, manet ut antea Eccleſia indefenſa, lateribus nudis derelicta. Hujus artis novæ hæc extant edicta:

ℭta: *Diſputator pontificius tanquam reus accuſatus defendito non probato*, nimirum ut apud Maronem l. 9. Æneid.

——— Ingenti clamore per omnes
Condunt ſe Teucri portas, & mœnia complent.
Namque ita diſcedens præceperat optimus armis
Æneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Nec ſtruere auderent aciem, nec credere campo,
Caſtra modò, & tutos ſervarent aggere muros.
Ergo & ſi conferre manum pudor, iraque monſtrat,
Objiciunt portas tamen, & præcepta faceſſunt.

*Diſputator Novator probato non defendito, tanquam Actor. Diſputator Novator probato è ſola ſcriptura verbotim, ſine ulla additione, diminutione, mutatione, h. e. ſine adhibitis principijs rationis ſeu conſequentijs.* at hoc non eſt æquo Marte certare quis tantis oneribus onuſtus, prudenter congredietur cum ſoluto & expedito? quis gladio ſe armabit ſine permiſsâ arte athleticâ, ſine capulo? argumentari non licebit ubi conſequentiarum repulſa invaluit.

§. 2. III. *In Definitione Scholaſticâ*, in certas aſſertiones digeſtâ, totque limitationibus

bus circumſcriptâ ut tandem negativa præ-valeret. Sic enim *Greg. de Valent.* tom. 3. diſp. 1. q. 10. punct. 4. pag. 453. *quæſtio eſt an liceat cum Infidelibus publicè diſputare? Omnes aſſerunt judicandum ex circumſtantijs eſſe, h. e. ex fine; ex conditione diſputantium; ex conditione auditorum. Et denique ex diſputandi modo. Malus autem poteſt eſſe finis in diſputando dupliciter: PRIMO ſi quis diſputationem ſuſcipiat ex voluntate conditionata repugnandi fidei, caſu, quo rationes contra fidem magis ipſum moverint: hinc ex parte finis illicitè diſputat is, qui ex dubitatione diſputat.* at ἀπορία ὁδὸς πρὸς εὐπορίαν. *ALTERO modo contingit finem diſputationis eſſe malum, cum quis ex perfidâ voluntate abſolutè repugnandi fidei, adducit in diſputationem, & examen, ea, quæ ſunt definita ab Eccleſiâ, id eſt, à ſummo Pontifice per ſe, vel unà cum legitimo concilio. Hac ratione improbè de fide diſputant, cum Lutherani omnes, tum præcipuè Martinus Kemnitius in eo Examine ſacrilego, quod adverſus ſacroſanctam Tridentinam Synodum inſtituit. Qua in re ille non ſolum divinam legem violavit, quæ jubet Ex ore ſacerdotis ſcientiam requirere, ipſumque audire*, ſi ſcil. ſecundum Os Domini, *ſed etiam humanam Martiani Imperatoris, qui in Lege, Nemo, Codice de ſumma Trinit. & fide Cathol. prohibet ne quisquam diſputando de his, quæ ſemel à Synodo rectè con-*

*ſtituta*

*ſtituta ſunt, novos tumultus revolvat, & occaſionem perfidiæ inde quærat.* Reſp. Lex integra ſic habet in l. 4. Cod. de ſumma Trinit. *Ne quis de fide publica contendat* 4. Imp. Marcianus A. Palladio præfect. præt. *Nemo clericus vel militaris vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Chriſtianâ, publicè turbis coadunatis & audientibus, tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens. Nam & injuriam facit judicio reverendiſsimæ Synodi, ſi quis ſemel judicata ac rectè diſpoſita revolvere & publicè diſputare contenderit. cum ea quæ nunc de Chriſtianâ fide à ſacerdotibus qui Chalcedone convenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, juxta Apoſtolicas expoſitiones, & inſtituta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia urbe definita eſſe noſcantur. Nam in contemptores hujus legis pœna non deerit: quia non ſolùm contra fidem verè expoſitam veniunt, ſed etiam Judæis & Paganis ex hujusmodi certamine prophanant veneranda myſteria.* advertendum hîc 1. Auguſti hyperepiſcopica poteſtas in Clericos diſtricta, *quæ per noſtra,* inquit, *præcepta ſtatuta ſunt.* 2. Ejuſdem violationis reos eſſe Papæos, cum ſtatutum Chalcedonenſe repudiant. Sic enim *Leo* Papa apud *Spondan.* ann. 452. n. 3. *caſſare ſe & irrita penitus reddere, quæ per Synodum de pri-*

*matu* Conſtantinopolitanæ *ſedis eodem Anatolio inſtigante decreta eſſent.* 3. Chriſtianos Imperatores aliquando ethniſſare, patet ex parallelo illo Mecænatis ad Auguſtum (apud Dionem l. 52. *Eos vero qui in divinis aliquid innovant, odio habe & coerce non Deorum ſolum cauſſa (quos tamen qui contemnit, nec aliud ſane quicquam magni fecerit) ſed quia nova quædam numina hic tales introducentes, multos impellunt ad mutationem rerum. Vnde conjurationes, ſeditiones, conciliabula exiſtunt, res profecto minime conducibiles principatui.* Opponimus illud *Tullij* de religione æque verum. *Iam vero*, ait ille, l. 1. de LL. *ſtultiſsimum illud, exiſtimare, omnia juſta eſſe, quæ ſcita ſint in populorum inſtitutis aut legibus. Etiamne, ſi quæ ſint Tyrannorum leges, ſi triginta illi Athenis leges imponere voluiſſent, aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num iccirco hæ leges juſtæ haberentur? Nihilo, credo, magis illa, quàm interrex noſter tulit, ut dictator, quem vellet civium, indicta cauſa impunè poßit occidere.* 4. Vox *contentionis*, titulo legis præſcripta, ne quis de fide publicè *contendat. contendere* (juxta gloſſam Gothofredi) *præſertim publicè, de Chriſtiana religione prohibemur, contendere plus eſt quàm tractare. Contendere enim, eſt tumultus & perfidiæ occaſionem requirere ex ſua diſputatione*, ut hic. *turbare populum*

*lum l. 3. c. Theod. de ijs qui de religione con-tendunt, profanare Iudæis & paganis myſteria Chriſtiana diſputando acta concilij Chalcedonenſis.* ibid. hujuſmodi diſputationes meritò reprehenduntur ab Apoſtolo 1. Tim. 4. v. 5. quibus adde l. 6. §. 1. inf. de hæreticis. vide Ammian. lib. 23. 5. de turbis *ſubroſtranis* ſcil. & promiſcuè confluentibus (ubi etiam Judæis & paganis locus eſſe poterat) extra cœtus ſacros, in æde ſacrâ ſermonem haberi. *6. de fide rectè vereque diſpoſitâ. Nec ſatisfacit*, ita pergit *Gregorius*, *objectioni Kemnitius. Nam ut doceat, inſtitutum à ſe examen non repugnare ei decreto, duo ſummatim dicit in præfatione: Primo, Imperatorem ſolum vetare, ne quis diſputet de illis, quæ ſunt rectè & verè definita à Synodo: ſe autem non diſputare de veritate, quæ ſit per Concilium Tridentinum determinata; ſed illud tantum agere, Vtrum quæ ab eo Concilio determinata ſunt, verè & rectè ſint determinata?* Secundo addit, *Imperatorem prohibere, ne quis ad revolvendos tumultus, & quærendam occaſionem perfidiæ diſputet: ſe autem hæc non ſpectare in eo Examine, ſed tantum velle Evangelium ab erroribus Concilij Tridentini (ut ille blaſphemat) vindicare. Eſt planè non ſolùm impia, ſed etiam puerilis & ſtulta eluſio Imperatorij decreti. Quæro enim ex Kemnitio, quemnam omnino exiſtimet violare poſſe Decretum illud*

*Martiani? Illumne qui in diſputationem adducit ea, quæ judicio atque ſententia ipſius Synodi rectè & verè determinata ſunt? an illum ſolum, qui cum ipſe fateatur, illa quæ Concilium ſeu Synodus determinavit, verè & rectè determinata eſſe, nihilominus ea in diſputationem & examen adducit.* Reſp. Neutrum. Is violat, qui quæ judicio (non Synodi, quæ errare poteſt ſed) Spiritus S. in oraculo S. Literarum loquentis recte determinata eſſe depræhendit. Pergit: *Simili ratione refellendum eſt, quod ſecundo addebat Kemnitius, ſe non ideo diſputare, ut tumultus excitet, & quærat occaſionem perfidiæ.* Vetat *enim Imperator, ne quis hoc quærat judicio quidem ipſius Synodi. Quare cùm judicio quidem ipſius Synodi* & Catholicorum, Kemnitius illo ſuo *Examine quærat occaſionem perfidiæ, & quantum in ipſo eſt, tumultus ea ratione excitet, reus eſt illius legis Imperatoriæ.* Sed Synodus pariter errare poteſt, ſi ab orbitâ ſ. literarum exerret. Pergit, *Fit quoque illicita diſputatio de fide ex parte circumſtantiæ finis, quando nullus bonus finis ex illa ſperari poteſt, ſed tempus teritur, & fatigatur in altercando fruſtra tum animus, tum corpus.* Concedo, ſi ſpe certiſſimâ, non ſi vanâ: duodecim enim ſunt in die horæ, quod hac hora ſperari nequit, poteſt alterâ. SECUNDA Aſſertio: *Ex conditione porro diſputantis redditur*

*diſpu-*

*diſputatio de fide illicita dupliciter: Primo, ſi ille indoctus ſit, & diſputet cum hæreticis.* Immò quia indoctus docendus eſt; quod fieri poteſt ab eo, qui opinione ſuâ pridem hæreticus viſus eſt; pòſt orthodoxꝰ deprehenditur. *Secundo, ſi is, qui diſputat, Laicus ſit. Prohibentur enim Laici diſputare, & quidem ſub excōmunicatione.* Im̄ò quia Laicus debet προσέχειν Matt. 7. ideo inquirere in veritatē, à Clericis ſępe lęſam. TERTIA Aſſertio: *Ex parte auditorum, ſi ſunt ſapientes, nullum periculum eſt; ſin autem auditores fuerint ſimpliciores, illicita eſt plerumque diſputatio. Nam ſemper imminet periculum ex relatione argumentorum erroris, maximè cum ferè eorum vim ſimpliciores facilius percipiant, quam ſolutiones.* Ergò conſequenter admonet, cavendum eſſe ab hujusmodi diſputationibus in conventibus Religioſorum, & in concionibus, ad quas ſolent etiam ſimpliciores venire. At Paulus Diſputator prudentiſſimus ſe debitorem fatetur ſapientium & inſipientium. *Niſi forte,* (ita limitat *Cajetanus,*) *aliquis eſſet Doctor adeo excellens, ut poßit omnia commodißimè ſolvere, & explicare etiam ſimplicibus: ſed tales rari admodum ſunt. Si tamen ſimpliciores ab infidelibus vel ſeducti, vel ſolicitati ſunt, vel facilè ſolicitari poſſunt, ut communiter in locis Hæreticorum accidit, tunc quidem non modo licitum eſt coram talibus de*

*de fide diſputare, ſed etiã hoc facere debent illi, qui utiliter præſtare id poſſunt. Tenentur enim ſuccurrere proximorum ſpirituali neceßitati.* At hæc neceſſitas etiam porrigitur extra loca hæreticorum, caſu, quod in libros horum inciderint: vel ad privatã conſcientiæ ſatisfactioné. Pergit, *Ex dictis apparet, regulariter loquendo, illicitam eſſe diſputationem cum hæreticis ipſis, præſertim ijs, qui aliquo modo fuerint Magiſtri erroris. Atque hinc Tertullianus in l. de præſcript. putavit Apoſtolum ſimpliciter prohibuiſſe omnem diſputationem cum hæreticis cùm ad Tit. 3. dixit: Hæreticum hominem poſt unam vel alteram admonitionem devita. Non enim ait, poſt unam vel alteram diſputationem ſed admonitionem.* At νουθετεῖν eſt in animum moniti ponere, quod factum oportuit, ac oportet, h. e. animum convincere, adque νουνεχείαν diſponere quærendo & reſpondendo Marc. 12, 34.

§. 3. *In Praxi Bulliferâ*, damnatrice Lutheri, triumphatrice, armatiſſimæ ſcripturæ, inermi: in quam detonuit apologia *Lutheri* tom. 2. lat. pag. 287. *Si hoc eſt Eccleſiaſticè damnare errores, tantum dicere, non placet, nego, non volo, quis Morio? quis aſinus? quæ talpa? quis ſtipes non queat damnare? Non pudeſcit frons tua meretricia, ut ſic in publico Eccleſiaſtico audeas, inanibus inermibusq; verborum tuorum fumis contradicere cœleſtium*

verbo-

*verborum fulminibus? Planè dedecoroſam & dignam Antichriſto condemnationem, quæ tot ſcripturis ſibi repugnantibus, ne jota quidem habet, quod opponat, ſed unico verbo occurrit, dicens: Ego damno. Cur Turcæ non credimus? Cur Iudæos non admittimus? Cur hæreticos non honoramus? qui & ipſi noſtra damnant, ſi ſufficit damnare? Niſi ideo non eis cedimus, quia non ſine ſcripturis & rationibus nos damnant. Ipſi vero more novo ſine ſcripturis & rationibus damnamus.* & mox p. 209. f 2. *compertum habeo, eſſe videlicet per Trapezitas iſtos (quod Bancum vocant) definitos in Germaniâ aliquot centenarios aureorum, Sicariјs, qui Lutherum conficerent? His enim rationibus & ſcripturis hodie pugnat, regnat, triumphat ſancta illa Apoſtolica ſedes, magiſtra fidei, & mater Eccleſiarum jam dudum Antichriſtiana, & bis ſepties hæretica, convicta, ſi gladio ſpiritus, quod eſt verbum DEI, pugnaſſet, id quod non ignorat: ideo, ne quando ad id cogatur periculi, ſic furit in orbe Chriſtiano, bellis, cædibus, cruoribus, mortibus, vaſtationibus, omnia involvens & perdens, adhuc tamen ſunt ſanctiſſimi in Domino Patres, & ovium Chriſti vicarij, Paſtores.* Lutherus (juxta *Eraſmum*) viſus eſt, omnibus æquis æquum petere, cum offerret ſe diſputationi publicæ & ſubmitteret ſe judicibus non ſuſpectis. Qua autem violentiâ depulſus, quibus repagulis excluſus,

dignus eſt qui audiatur Eraſmus in axiom. pro cauſa Mart. Lutheri Theologi, *Georgio Spalatino* traditis anno 1520. ac excuſis in Lutheri tom. 2. lat. p. 314. *Fons rei malus eſt, odium bonarum literarum & affectatio tyrannidis. Modus agendi fonti reſpondet, clamoribus, conjurationibus, acerbis odiis, virulentis ſcriptis. Perſonæ, per quas res agitur, ſuſpectæ. Cum optimus quisque & Evangelicæ Doctrinæ proximus dicatur minimè offenſus. Quod Pontificis facilitate quidam abutuntur, notum eſt. Quo magis in hac re vitandum præceps conſilium. Res ad majus diſcrimen ſpectat, quam quidam exiſtimant. Bullæ ſævitia probos omnes offendit, ut indigna immitiſſimo Chriſti Vicario. Quo diligentius erat examinanda à Perſonis non ſuſpectis ac earum rerum peritis. Duæ duntaxat Vniverſitates condemnarunt Lutherum ex tam innumeris, & condemnarunt tantùm, non convicerunt, nec hæ conſentiunt. Ipſe videtur omnibus æquis æquum petere, cum offerat ſe Diſputationi publicæ, & ſubmittat ſe judicibus non ſuſpectis. Qui Lutherum impetunt, ea inducunt, quæ nullæ aures piæ ferunt. At qui facit ſe Iudicem aut reprehenſorem, debet ipſe carere reprehenſione. Lutherus nihil ambit, ideo minus ſuſpectus. Aliorum negotium agitur. Pontifici prior eſt gloria Chriſti quam ſua, Et lucrum animarum quàm ullum aliud compendium. Vt hæc maximè agenda ſint, tamen*

*men conveniebat alio tempore fieri. Vrgent ardua negotia, & Caroli auſpicia non debent hujusmodi odioſis funeſtari. Videtur in rem Pontificis, ut res per graves & non ſuſpectos Viros maturo conſilio componatur, ita optimè conſuletur Pontificis dignati. Qui hactenus ſcripſerunt contra Lutherum, improbantur etiam à Theologis, qui aliàs Luthero adverſantur. Mundus ſitit veritatem evangelicam, & fatali quodam deſiderio videtur huc ferri. Vnde forte adeo non oportet odioſe reſiſti.* O ſortem Eccleſiæ hodiernæ ſanguineis lacrymis dignam!

§. 4. In *Repulsâ Doctorum diſſentiendum.* Ita enim Scipio *Henrici* in cenſura adverſus Petri Suav. Polan. hiſtoriam p. 63. *cum adveniſſent Doctores Würtenbergici audiri petentes, reſponſum accepere, hæreticorum doctrinam non audiendam, neque diſputationes interponendas: cumque veniſſent etiam Argentinenſes Oratores, aliarumq́ civitatum idem petentes, eadem de cauſâ inauditi.* Quæ methodus ſi olim invaluiſſet, quâ omnis de fide diſceptatio, tanquam Sirenium aliquod carmen à primo limine aurium excluditur, nullus Apoſtolorum audiri, nullus vir Apoſtolicus infidelibus viſus Novator, admitti unquam debuiſſet; Regni Chriſti promovendi ſtudium plane conglaciaſſet.

Adde obiter tres muros Babylonios, quos arietare nefas eſt habitum, deſcriptas à Luth. tom. 6. Witt. p. 570. Die Romaniſten

haben

haben drey Mauren mit großer behendigkeit vmb ſich gezogen/ damit ſie ſich bißher beſchützt / daß ſie niemand hat mögen reformiren/ dadurch die gantze Chriſtenheit grewlich gefallen iſt. Zum erſten/ wenn man hat auff ſie gedrungen/mit weltlicher Gewalt/ haben ſie geſetzt vnd geſagt / Weltliche Gewalt habe nicht recht über ſie / ſondern wiederumb / Geiſtliche ſey über die Weltliche. Zum andern / hat man ſie mit der H. Schrifft wollen ſtraffen/ ſetzen die dagegen / Es gebühre die Schrifft niemand außzulegen/ denn dem Pabſt. Zum dritten / drewet man jhnen mit einem Concilio, ſo erdichten ſie/ es möge niemand ein Concilium beruffen denn der Pabſt. Alſo haben ſie die drey Ruten vns heimlich geſtohlen/ daß ſie mögen vngeſtrafft ſein / vnd ſich in ſicher beveſtigung dieſer drey Mauren geſetzt / alle Buberey vnd Boßheit zutreiben / wie wir dann jetzt ſehen / vnd ob ſie ſchon ein Concilium müſten machen/ haben ſie doch daſſelb zuvor matt gemacht/ damit/ daß ſie die Fürſten zuvor mit Eyden verpflichteten/ ſie bleiben zulaſſen/ wie ſie ſein. Dazu dem Pabſt vollen Gewalt geben/ vber alle Ordnung deß Concilii, alſo daß gleich gilt / es ſein viel Concilia oder kein Concilia, ohn daß ſie vns nur mit Larven vnd Spiegelfechten betriegen / ſo gar greülich fürchten ſie der Haut für einem rechten freyen Concilio, vnd haben damit König vnd Fürſten ſchüchter gemacht / daß ſie glauben es were wider GOtt/ ſo man jhuen nicht gehorchte in allen ſolchen ſchalckhafftigen liſtigen Spögniſſen. Nun helffe vns GOtt vnd gebe vns der Poſaunen eine/ damit die Mauren Hiericho wurden vmbgeworffen/ daß ſie dieſe ſtröern vnd papieren Mauren auch vmbblaſen / vnd die Chriſtl. Ruten/ Sünden zu ſtraffen/ loß machen/ deß Teuffels Liſt vnd Betrug an Tag zu bringen / auff daß wir durch Straff vns beſſern/ vnd ſeine Huld wieder erlangen.

Ex his omnibus præmiſſis Lex Papæa naſcitur: *Cum hæreticis diſputare nefas eſto.*

## OBICIS PAPAEI ORIGO.

*Cacoethes eſt diſputandi. Videntes* (ita *Gibbon* pag. 330.) *noſtri Theologi tot celeberrima Colloquia nullum hactenus conſecuta fuiſſe opta-*

*ſe optatiſſimum pacis finem, non libenter nova inſtituunt, quaſi de felici exitu deſperantes: Quia Neoevangelici quantumvis validiſſimis Catholicorum argumentis convincantur, gentes tamen apoſtratices, durâ facie & indomabili corde* (Ezech. 1. v. 3. & 4.) *victas manus dare nequibunt. Quantumvis enim in conflictu victi & proſtrati, poſt diſceſſum tamen ſemper ſe jactant victores; ita ut poſt Colloquia multa ſint neceſſariò edendæ Apologiæ, ad ſucceſſus veritatem ab eorum mendacijs vindicandam. Idem manifeſtiùs nobis oſtendit infelix eventus quamplurimum colloquiorum, quæ adverſarij inter ſe ad concordiam ineundam celebrarunt. hactenus namque congregati ut unionem, & pacem ſanciant, majores rixas ac diſcordias excitarunt.* Artificum hi errores ſunt non artis.

## OBICIS RATIO.

§. 5. *Ratio Status*, nolle rixari, cujus colores ſunt ac προφάσεις, *pacis inteſtinæ* ſed violentæ *amor intempeſtivus*, imprudens, fruſtraneus, domeſticis jurgiis vexabilis, erupturis, ſi ratio recta, revivida, parrheſian conſequeretur. *Majeſtatis divinæ* in decretis ac myſteriis Papæis relucentis, ac nominatim *infallibilitatis ſecura perſuaſio*, quæ nullo ſolido argumento hactenus demonſtrari potuit, dilutæ ſunt omnes inſtantiæ in Vale Triumph. pag. 273. & ſeqq. *Rectè* (ita

*Exberm.* in dedic. Iren. p.9. 39.) *Ioſephus Hallus ſcripſit* ROMAM IRRECONCILIABILEM, *nam Chaos magnum inter nos* (*Catholicos*) *& vos* (*quoslibet ſectarios*) *firmatum eſt, ut his qui volunt hinc tranſire ad vos, non poßint* (*niſi admittendo totam fidem Catholicam, quæ proximè & formatißimè in atomâ illâ infallibilitate* DEI *& Eccleſia fundatur*) *neque inde huc remeare, niſi exeundo proprium judicium, aut exorcizando inſtinctum illum occultum privati ſpiritus.* Liquet; ſi verè divina majeſtas in decretis Papæis relucet, quod diſputationum lubricitate temerari non debeat; at ſi non liquet, Myſterium ſit an *μυσαρία*? ex orco an cœlo ſpiritus ſpiret? *δοκιμασία* præcepta eſt. Eccleſiæ indeficibilitas, quâ nihil inter nos & Papæos æquè controverſum eſt, à nobis æquè, ut ter quaterque falſum, inter inficias relatum, quam id quod ſecuriſſime poſtulatur. *Conſtantiæ*, Reformationis neſciæ, prætextus in ſemel decretis, quam urſit officialis *Trevirenſ.* ad Lutherum in Comitiis Wormatienſ. convictus. *Tu quæ univerſale Conſtantienſe Concilium damnavit, ex univerſa Germanicâ natione congregatum, reſuſcitas, & per ſcripturam vinci vis in quo vehementer deliras. Quid enim attinet novam diſputationem repetere de rebus per tot ſecula ab Eccleſiâ & Concilio condemnatis? Niſi forte cuivis, de quocunque ratio reddenda eſt. Quod*

*ſi ſemel*

*ſi ſemel pervicerit, ut ſcripturis convincēdus ſit, quicunque Conciliis Eccleſiæ ſenſis contradicit, nihil habebimus in Chriſtianitate certum vel determinatum. Non eſt* inquit *Iuſtus Pacius* in reviſ. Iudic. ſeu reſponſ. ad ep. Simpl. Verini p. 41. *in dubium revocanda fides Eccleſiæ, nec aliquid remittendum de puritate doctrinæ, quæ eſt, fuit ac erit ſemper eadem. Eſt Eccleſia* ib. p. 152. *Columna & firmamentum veritatis, nec Simplicius, etiamſi omnes ſchiſmaticos in cerebrum congeſſerit, ac in unum Simplicium transformati fuerint, unquam probabit Eccleſiam reformatione indigere in articulis fidei. Iterum* p. 46. *ut Papa ipſe*, inquit, *qui cauſam dedit principalem, quâ divulſa eſt Eccleſia Chriſti, & diſpulſus in diverſa grex ejus, de ſuo faſtigio deſcendat. Nimirum ut abſciſſo capite reliqua membra corruant & tamen ſi hoc fiat inquit, bene ſperari poteſt de conciliatione. Quis ſanæ mentis ita judicaverit? Foras hœdi fœtidi & impudici. Foras! foras! procul hinc! procul eſſe prophani! Vna pacis ratio ad paſtorem unum, qui Romæ præſidet, colligi. Excluſiſſimus eſt, qui vel dubitat, de iſto paſtoritio principatu. Illi Eccleſiæ transfugæ conciliandi, non his ille.*

Luth. tom. 7. Witt. p. 503. Da ſtehet der Pabſt mit ſeinen bleibenden Hertzen vnd ſagen trotzlich / eben ſo wohl wider ſie als wider vns. Sie wollen die Kirche ehe laſſen vndergehen / ehe ſie wollen ein einiges Stück weichen / das iſt / ſie wollen ehe Concilia vnd Vätter laſſen auch vnter gehen / ehe ſie wollen etwas denſelben

ben weichen. Deñ wo man den Conciliis vnd Vättern ſolt folgen/ hilff GOtt/ wo wolt doch der Pabſt vnd jetzige Biſchoff bleiben? fürwar ſie müſten die vntergängliche Kirche werden/ vnd nicht die bleibenden Herren ſein. Ich will von den alten Jahren/ ſo man mag zehlen tauſent oder vierzehen hundert nach Chriſtus Geburt/ ſchweigen. Es iſt noch nicht vber hundert Jahr/ daß angefangen hat die heilige weiſe deß Pabſts/ daß er einem Pfaffen hat gegeben zwey Lehen/ als Thümnerey oder Pfarrhen/ davon die Theologen zu Paris vnd jhre Genoſſen wunder viel ſchröcklichs dings geſchrieben vnd gemurret haben. Ich bin noch nicht ſechtzig Jahr alt/ noch weiß ich/ daß bey meinem gedencken iſt eingeriſſen/ daß ein Biſchoff nicht mehr weder ein Stifft hatte/ in deß aber/ hat der Pabſt alles gefreſſen/ Annaten vnd alles geraubet/ vnd die Biſtum zu dreyen/ Klöſter vnd Pfründen zu zehen/ zwantzig außgetheilet/ wie kan er ſolches alles wieder ſpeyen/ vnd ſeine Cancelley laſſen zureiſſen/ vmb der Vätter oder Concilia willen? Ja ſprichſtu/ es iſt ein Mißbrauch/ wohlan nim deine alte Concilia vnd Vätter für dich/ vnd reformir ſolches alles/ denn ſo iſts nicht geſtanden für hundert ja vor ſechtzig Jahren/ da du nicht gebohren biſt geweſt. Was hilfft nun deine Reformation nach den Vättern vnd Concilien? Du höreſt/ daß es der Pabſt vnd Biſchoffe nicht leiden wollen. Vnd wann ſie nicht leiden können der Kirchenſtand/ ſo vor fünfftzig Jahren/ da ich vnd du Kinder geweſt/ lieber/ wie wollen oder können ſie leiden/ daß wir ſie mit der Kirchenſtand/ ſo vor ſechs hundert/ vor tauſent/ vor vierzehen hundert Jahren geweſt iſt/ reformiren wolten? Es iſt ſolch fürnehmen ſchlecht vnmüglich/ weil der Pabſt in der Poſſeſſion ſitzt/ vnd vngereformirt ſein will. Müſſen derſelben beide Concilia vnd Vätter vergeblich ſein in ſolchen Sachen/ ſamt allem daß wir davon dencken vnd reden können/ denn der Pabſt iſt vber Concilia, vber Vätter/ vber Könige/ vber GOTT/ vber Engel. Laß ſehen/ bringe du jhn herunter/ vnd mache die Vätter vnd Concilia vber jhn zu Meiſtern/ thuſtu das/ ſo will ich dir frölich zufallen vnd beyſtehen/ ſo lange aber das nicht geſchiehet/ was iſts denn nütze/ daß jhr von Conciliis oder Vättern viel redet oder ſchreibet? da iſt niemand der ſichs annimbt.

*Contarenus Cardinal.* Legatus ad Colloquium

Ratis-

Ratisbonenſe anno 1541. monuit ( teſte Scipione Henrici p. 19. ) *Cæſarem ut curaret, ne aliquod ex hoc Colloquio in alias nationes ſchiſma tranſiret : atque Leonis X. Bulla adverſus Lutherum illæſa perſiſteret.* Perſarum hoc Medorumque Jus eſt, quo Daniel in lacum Leonum dejectus eſt. Teneatur illud in rebus hujus ſeculi : at in rebus ævi cœlique omni humano axiomate ſuperioribus, examinetur ad lydium veritatis divinæ lapidum : Id vero διακρίσει confieri oportet. Fac, in aliquo coenobio ( ubi præſcriptioni locus non eſt ) rationes ſuperiori ſeculo initas fuiſſe alogiſticè, tanquam confectas & conſolidatas fuiſſe depoſitas ; longè pòſt, redituum, acceptorum & expenſorum depræhendi miram quandam conturbationem, non conſtare rationes ſequentibus actitatis ; intervenire qui πρῶτον ψεῦδος calculi, in quo olim erratum fuit, unde tanta confuſio, depræhendat, num quis ſanus vitio vertet conventui poſteriori, ſi errorem primum commiſſum notaverit, & rationes ſiniſtrè factas in dubium revocaverit? Idem prorſus decretorium Eccleſiæ fatum eſſe poteſt, eadem ac multo major in materiâ fidei emendandi neceſſitas ; putant nonnulli quicqud à ſe decretum fuerit, in eo pertinaciter eſſe perſeverandum ; illi, ait *Arianus* φαντάζονται. In Perſica ; an Manliana

liana imperia; in legem irrevocabilem, quæ Reginam thalamo expulit, Charidemo caput abſtulit, Danielem in lacum Leonum abjecit; an in T. Manlii ſententiam, cujus rigore Filius συνώνυμος vitam amiſit, hoc Arrianus dixerit, perinde eſt: valet idem dicterium in decretas Papæ ſimilimas. Es ſolt der Pabſt (ait Luth. tom. 6. Witt. p. 588. f. 2.) ſein Pabſtumb all ſein Gut vnd Ehr verliehren / wo er eine Seel damit erretten / nun ließ er ehe die Welt vntergehen / ehe er ein Haar breit ſeiner vermeſſene Gewalt ließe abbrechen / vnd will dennoch der Heiligſte ſein. quanto juſtius juxta *Corn. à Lap.* ad Syrac. 8. p. 216. excellunt *Reges Hiſpaniæ, qui, ut juſtitiæ & conſcientiæ ſuæ conſulant, tribunal juſtitiæ ſummum erexerunt, illique ſe quoq; ſubjecerunt, ac plebeio cuiq; dant facultatem vocandi in jus regẽ regiosq; officiales, ſicubi eis vis vel injuria facta ſit: quare tunc libere cõtra potentem litigari poteſt; imo Rex ipſe gaudet ſe condemnari, ut juſtitiæ & plebeio injuriam paſſo ſatisfiat. Vtinam hoc cæteri reges & principes imitentur! Eſt & ratio Obicis, Accuſata prurigo* innovitatem, inconſtantiam, dependentiã à Luthero. *Bellarm.* l. 1. de offic. princ. Chriſt. c. 4. p. 29. *Hoc* ſcribit, *præceptum Spiritus S.* (de Fidei Petrino-Papalis indeficibilitate) *non obſervarunt quidam Principes Germaniæ quando ſurrexit Martinus Lutherus & con-*

*& contra Sacerdotis Imperium, qui eo tempore miniſtrabat Domino, novas doctrinas in populum ſeminare cœpit*, & p. ſeq. *Sane mirabile eſt, quòd apud aliquos Principes plus fidei invenerit in rebus fidei, una ovis errans ab ovili, quàm ſummus paſtor ab ipſo Domino conſtitutus & Doctor & Iudex. At, inquies, Lutherus verbum DEI pro ſua ſententiâ proferebat. Ita eſt; ſed cum de intelligentiâ verbi Dei quæſtio eſſet; cur non obſervatum eſt aliud verbum DEI, apertiſſimè docens, ut ad ſacerdotem iretur, qui eo tempore miniſtrabat Domino DEO ſuo? Et poſteaquam de conſilio ſapientum Paſtor primarius ſententiam dixit, & Lutherum hæreticum pronunciavit: ubi eſt verbum DEI, quod anteponi doceat hæreticum declaratum ipſi Iudici ſummo, ab ipſo Domino conſtituto?* Evince prius Bellarmine, quod jactas & vince! Legiſſes Lutheri vindicias ad Deut. 17. tom. 3. lat. p. 121. & diluiſſes ſi potuiſſes. Si Papa is eſſet, quî cum in tenebris mices, ſi nunquam deliquium judicii ſuſtinuiſſet, ſi non in propria cauſa ageret, aliquid diceres, nondum totum. Item *Securitas facilima conſcientiæ. Tuti ac ſecuri ſunt Catholici* (ait Becan. in manual. p. 83.) *quamdiu publicè profitentur id quod Rom. Eccleſia toto orbe diviſa profitetur, item Credo omnia quæ credit S. Mater Eccleſia.* Quidni & quod Mahometiſmus eousque, quo Papiſmus, diffuſus? cui ſalus æterna

curæ

curæ eſt, prius certus eſſe debet de Eccleſiæ veritate, conſequenter ſanctitate, maternitate ejuſdem; nam ſi non ſit vera Eccleſia, nec ſancta erit, nec mater ſequenda. Jllic fides inſenſata & ſtupida credulitas locum quærat, ubi beta ſapit, quercus concionatur, lapides audiunt; ubi juxta Thomam minores, qui ſignificantur per aſinos, in credendis adhærere debent majoribus qui per boves ſignificantur; Ubi Monachi oſſei aſini eſſe jubentur, ut Iſaſchar, qui portent, quicquid impoſueris juxta *Corn. à Lap.* ad Gen. 49. p. 371. ubi laudatur illud. *Neſteri Abbatis. Quando initio intravi in congregationem, dixi animo meo; Tu & aſinus unum eſtote. Sicut enim aſinus vapulat, & non loquitur: injuriam patitur, & non reſpondet; ſic & tu: ſicut & in pſalmo legitur, ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.* Jam porro plusne fidei debetur Matri Eccleſiæ quam Sponſo Chriſto? an Dea illa, hic purus homo? an plus Innocentio quam Petro, plus Concilio quam Bibliorum editoribus deferendum? Sane ſi ut Magiſtrum, ita Magiſtram Eccleſiam æſtimabis ex publicâ famâ, ex numero & qualitate diſcipulorum, heu! quam errabis. Quoties ex profeſſoribus famam alii merentur alii habent? quoties minuit præſentia famam? quoties fama veri fictique tenax fefellit? quoties paupe-

pauperis (doctiſſimi) eſt numerare pecus, dum minus docti greges diſcipulorũ alunt. Ad quid totam notarum Eccleſiæ choream circumduxit tuus Bellarminus, niſi ut illis diſcerneretur domus apum à luco veſparũ, è ſedecim notis? Solam ſucceſſionis gloriam jactatoribus propono, ut illud Siſyphium ſaxum volvere tentent, tantum profecto ſudoris effundent, quantum triginta annis Baronius exundavit, & poſt longum æſtum adhuc hæſit, vide ejus Præfationem in tom. 1. Annal. indagandum erit, an Eccleſia idem ſemper Univerſaliter continua ſucceſſione crediderit? an iſta ſucceſſio nunquam hiarit? peragrandi Eccleſiæ annales & ſciendum hiſtoricos bona fide & ἀπαθῶς ſcripſiſſe. Citius Iſthmum perfoderis, quàm errantium per iſtos ſeculorum gyros, Patrum labyrinthos, hiſtoricorum anfractus ac vortices prudenter circumduxeris, atque in tuto, & vado ſecurum collocaveris. Denique qui ſcripſit credere, quicquid Mater Eccleſia credit, ille etiam ſuſcipit ſcrutiniũ infallibile traditionis Eccleſiaſticæ, an quod Eccleſia credendum tradidit, ſine fuco & fallacia ad te pervenerit? Adde quod maxima pars Pontificem fidei Catholicæ infallibilem promum non accedat, Bullas Latinas non intelligat, incertum ſit an fideliter translatæ, num autographa fideliter

deſcripta? an ſine mendo edita? an genuina, non ſuppoſititia? Exemplum præbet diploma Papale in controverſiâ, Siculâ in qua Baron. ad ann. 1097. inſanum æſtuat. An Typothetæ, operæque aliæ, ac iſtarum herus hæretici fuerint, an nunciis certa fides habenda qui decreta referunt? poſſunt illi falli & fallere; falli quatenus opinionem Pontificis privatam poſſunt pro definitione Cathedraria apprehendere; fallere, quia non ſunt infallibili infallibilitate præditi. Unde Eccleſia, ex relatione audiens decreta Pontificis, nunquam poterit fide divina eſſe certa. quin ipſe quoque Pontifex fallere poteſt: ſi enim poſſibile eſt, ut Papa in corde ſuo erroneam de fide opinionem foveat, quam tamen ex cathedra docens non proponat, ſed diverſam vel contrariam (quod nunc ſuppono ex communi Papiſtarum doctrina) poſſibile etiam eſt per naturam, ut verum quod ſcit non proponat, & veritati infallibili in ſcrinio pectoris habitanti adverſum. Quemadmodum Dęmones ſciunt quidem veritates ſupernaturales à longiſſimo tempore, nec candidè tamen eas proponunt hominibus, Gen. 3. v. 2. Aut vero aliunde probandum eſt Pontificiis, id quod proponunt eſſe conforme menti revelantis.

§. 6. ΑΙΤΙ'Α Obicis Papæi vera eſt & in-

tima

tima I. *Poſſeßio ſtatus Manorchico-Papalis ſemel vi doloque occupati, immutabilis, irreformabilis : Religio Domina, dominatrix fidei & conſcientiæ,* fidem poſtulans ſine argumento; quod in Sorbona caſtigavit Lutherus tom. 7. Witt. p. 191. f. 2. Schrifftſprüche ſolt ihr angezeigt haben / vnd nicht nackete Artickel erfür bringen / vnd das Vrtheil der Kirchen laßen. Nun kehret ihrs gar vmb / alles was Göttlich vnd menſchlich Recht iſt / verklagt den Luther nicht / vberwindet jhn nit / ſondern verdamt jhn nur / Nemblich darumb / daß ihr ſeid vnſer lieben Sorboniſche Magiſtri noſtri. Aber ich thue ja ſehr närriſch / daß ich die Sorbona / ſo vnehrlich handel / ſo ſie doch zu dieſer Zeit newe Apoſtel gibt. Vnſere liebe Magiſtri noſtri ſprechen / ſie folgen der Apoſtel Exempel / in dem daß ſie nackete Artickel ohn grund der Schrifft fürtragen / vnd wolte GOtt daß ſie nicht in dem Stuck allein vns die Apoſteln fürgeben. Chriſtus ſelbs zeucht an der Schrifft grund / vnd will jhm geglaubt haben vmb gezeugnus willen der Schrifft / St. Paulus lautet ſchier eitel frembde Wort / das iſt / Schrifft deß alten Teſtaments / der Apoſteln predigt / was ſind ſie anders / den Spruch von Chriſto auß dem alten Teſtament geholet ? Nun aber allein der einigen Sorbonen ſollen wir glauben ohn einige Schrifft. Tret erfür auß der Sorboniſchen Gruben in die Liecht / ihr lieben

Magiſtri noſtri / daß wir ſehen ob ſolch närriſche Leut / auch Augen oder Stirn haben. Wo habt ihr das gelernt / es ſey ein Apoſtoliſch Exempel / Lehre ohn gezeugnus fürtragen? So auch Chriſtus ſelbs jhm nicht wolt ohn Schrifft glauben laßen. ſc. Sedeo Regina nunquam futura vidua! atque hinc *Reductionis ad ollas Ægyptiacas facilitas.* II. *Victoriæ Impoßibilitas*, quam cum divinavit *Maſenius*, Oedipus fuit, in medit. concord. prænunc. 3. p. 10. *Vt enim Lutherani, poſt cauſam ſuam tot annorum decurſu propugnatam, ſeſe nunc demum erroris convictos fateantur, & ad paucarum ſcripturarum teſtimonia, tot reſponſionibus enervata, repente dedant? Natura planè & ratio hîc obſtat. Siquidem, qui velit ingenio cedere, rarus erit. Quamdiu doctorum apud illos flos virorum, & exercitata in hoc controverſiarum ſtudio ingenia, quæ animum calamumque ad defenſionem poſſunt acuere, id omnino ſperandum non eſt. Multa enim hic patent effugia; quædam ſcripturæ negantur authenticæ; quædam plenâ integraque ſententiâ citata; quædam bene ex Originali textu tranſlatæ; quædam Catholicorum opinionem, eo quem ſpectant ſenſu continere; quædam per alia ſcripturæ loca docentur explicandæ. Ita facilè tota vis Catholici argumenti eluditur. Perforata ſunt retia quibus ille captat hujusmodi diſputatorem, ad normam*, ſcribens p. 13.

*& ju-*

*& judicem ſolam ſcripturam provocarunt: admiſimus conditionem. Hujus igitur ſolius, ut ſententia, ita interpretatio, ſeu expoſitio ultima eſſe debet: ; neque verba cujusquam hominis immiſcenda. Iacet iſte locorum per loca ſubdole exponendi conatus, per quem poßibilis tantum ſenſus adſtruitur, neceſſarius non aſſeritur. Iacet fallax ſyllogizandi ratio, quo ad quævis privati ſenſus deliramenta hactenus abuſi ſunt. Vbi enim de intellectu verborum eſt concertatio, niſi ſcriptura judex ultimam ſententiam diſertè pronuntiet, nihil erit ex æquo definitum.* At dabimus nos ſententiam expreſſam: per te bona opera ſunt meritoria, per me non ſunt: audi nunc judicem Rom. II. 6. *Si ex gratia, non eſt ex merito*; dabo virtualem Judicẽ, qualẽ Christus dedit: per te Sadducæũ, nulla eſt reſurrectio carnis: per me, eſt. audi Iudicem Exodi 3. edamus neceſſitatẽ huj⁹ determinati ſenſus, ſi ordo divinus obſervetur. III. *Sophiſticandi indeprahenſa licentia*; cum elenchus dialecticus cinis ſit, quæ Belicolarum veſtigia prodit; feliciùs lenoniæ illecebræ penetrant rhetoricæ, dilatatæ, & coloratæ; nihil efficiunt, ſi dialecticis nervis aſtringantur. Hi igitur declinandi erant ut illæ vincant, omnia quæ cùm Bellarminus tum alii excogitarunt pro ſe argumenta laborant vel pſeudhermenia vel aſyllogiſtiâ & inconſequentiâ: nec

alia frequentior fallacia occurrit quàm argumentatio à *genere ad ſpeciem* affirmativa, e. g. Sancti ſunt honorandi, E. invocandi, Matrimonium vocatur Sacramentũ E. propriè dictũ; aq; non *causâ ut causâ*, e. g. feliciter ceſſit Regibus Eccleſiæ Rom. patronis, infeliciter hoſtibus E. Romana vera eſt Eccleſia, exemplis abundant annales Baroniani, vide Vale triumph. pag. 361. *Strada* dec. 2. l. 6. pag. 302. hæc narrat. *Alexander Teneramundæ aggreßionem diſtulit in ſequentem diem, qui aſſumptæ in cœlum magnæ* DEI *genitricis pervigilium erat, quod ea luce (uti centurionibus edixit) adjutrice cœlitum Regina, ulturum ſe cœlitum injurias pro certo haberet. Nec ſua illum pietas fefellit.* Idem l. 8. p. 427. *urbis aggreßionem indicit in ſequentem diem, quem Apoſtolo Hiſpaniæ tutelari ſacrum, juſtis Hiſpanorum armis fauſtum ominabatur.* Et tamen nęnia eſt quæ de aſſumtione B. Virginis & Jacobo Apoſtolo Hiſpaniæ canitur. vide Molinæi Hyperaſp. contra Sylveſtr. Petra Sanct. c. 17. p. 527. & ſeqq. Confer Theol. conſc. p. 542. adde quæ in Aleth. victrice de miraculis caſu incidentibus ad dogma aliquod Papæũ probandũ obliquatis, dicta fuerunt; ac ſuperpondii loco adde lepidum illud *Strengelij Lojol.* in Mundo c. 14. p. 388. *Audivi, Pſittacum,* qui, *in Hiſpania, cum à milvo de feneſtra raperetur in ſublime, do-*

*ctus dudum à nautis S. Thomam Chriſti & Indiæ Apoſtolum laudare, intra raptoris ungues, canens: Sancte Thoma, ora pro nobis; illico dimiſſus, inſpectante populo, oſtendit, quantum proſit hominibus invocatio ſanctorum quando vel volucribus utile fuit, Divos imploraviſſe.*
Item, in ſenſu textus biblici diſſentiunt Lutherani cùm ab aliis tum à ſe. Ergo S. Scriptura obſcura eſt. at ſic nihil in Mundo clarum erit; nullum teſtamentum, nulla aurea bulla, nullum decretum Synodicum, (cum ſcenæ non ſervit?) ſed nec cœli ſydera, quot contentionibus Mathematicorum, veterum, novorum Copernicianorum expoſita? Sic ſimplicitas dementatur; ſapiat contra dialectica prudentia.

Simile hîc accidit præſertim in miraculorum jactantiâ, quòd in *Miſocapno ſuo* notavit *Iacobus Rex Angliæ* pag. 203. Reſtat adhuc ultimum adulterinæ experientiæ præſidium, quod priori imposturæ pro fulcro ſupponere tentarunt: nempe hujus ſuffumigii Tabacei ſalubritate plerisque hominibus varias ægritudines fuiſſe levatas: at neminem unquam inventum, cui ex illius uſu noxa creata ſit. Quo in argumento cum errore inſignis conjuncta eſt abſurditas. error eſt non cauſam ſumere pro cauſa ut loquuntur Logici; & quod fortè fortuna in vigore morbi quispiam hauſto Tabacco melius habuerit ſenſimque convaluerit, ſanitatem Tabacco acceptam ferre. potius ille ægritudinis ſuæ periodos neſciebat, quæ cum ad vigorem acceſſit aut ægrotantem extinguit, aut ad ſanitatem inclinat, hæc ſunt nempe olidiſſimi fumi miracula. Taceo rem auctoribus naturæ compertiſſimam viribus imaginationis, ſpirituum unione fulcientis naturam, non raro morbos deleri, hinc in odontalgia & doloribus colicis AEſculapios quotidie habemus novos, calloſos agricolas, anus deliras, ſimplices ancillas, hi ſacram, ſcilicet, exhibent ægris antidotum, ſuisque aut amicorum periculis notam:

notam: admittit credulitas: ſanat fiducia, vides ut illis proſit ignoratio veri. Sic non causâ decepti ſuam Tabacco imputarunt ſanitatem, qui naturæ vi è morbo eluctati ſunt. At ſi quis hujus fumi malignitate exſpiraverit (quod adeo infrequens non eſt) tartareæ herbæ mors non adſcribitur, piaculum eſt ſalutarem illam panaceam infamare, alia igitur ægritudine extinctus eſt. Quocirca furvi hujus nidoris patronos exoletis ſcortis non abſimiles judices, quibus impura multorum conſuetudo ad purgandos renes laudatiſſima habetur: at quod in ætatis flore venerea lue contabuerunt, ad animum haudquaquam revocant, & Tricongii noſtri intemperantiâ annisq; debiles poculis ſibi æſtimant prorogari vitam, immemores prorſus, quam multi ante diem inter popinæ procellas vitæ fecerint naufragium.

Quâ methodo cum Luthero actũ ſit, *Eraſmus* denudavit in ea ep. *quam ad Fridericum Electorem Saxoniæ* exaravit tom. 1. lat. p. 223. Prodiere nuper lucubrationes aliquot Martini Lutheri, ſimulque rumor allatus eſt, hominem ſupra modum gravari autoritate reverendiſſimi Cardinalis S. Sixti, qui apud Suevos Romani Pontificis agit Legatum. Vt hic protinus exilierunt? ut geſtierunt? ut gaviſi ſunt? Continuo ſacræ apud populum conciones, Scholæ, conciliabula, convivia, nihil aliud crepabant quàm hæreſes & antichriſtos. Atque huic tam odioſo negocio, præſertim apud mulierculas & indoctam plebeculam, miſcuerunt homines callidi, trium linguarum, eloquentiæ, politiorisque literaturæ mentionem, quaſi aut Lutherus his præſidiis fideret, aut ex hiſce fontibus hæreſes naſcerentur. Hæc impudentia plus quàm ſycophantica, cum optimis quibusque diſpliceret, tamen ut bellum inventum probabatur quibuſdam, qui ſe Theologiæ anteſignanos & Chriſtianæ religionis columnas exiſtimant. Et vide, quam ſtudio cæci, noſtris blandimur viciis, atrocem contumeliam, imo facinus hæreſi proximum ducimus, ſi quis Theologum Rabulam, quales ſunt non pauci, pro Theologo Ματαιόλογον nominet. Ipſi nobis ignoſcimus cum apud frequentem populum, hæreticum & Antichriſtum vocamus, cuicunque ſuccenſemus. Quam non congruit manſuetudini Theologicæ, protinus, ac ne perlecto quidem libro, tam immaniter debacchari in nomen ac famam probi viri. Idque apud

impe-

imperitam plebeculam, quæ prorſus caret judicio? Præſertim cum illa diſputanda propoſuerit, cum omnium judicio ſeſe ſubmiſerit quorum oportuit & quorum non oportuit. Nemo monuit, nemo docuit, nemo revicit. Tantum vociferantur hæreticum, ſeditioſis clamoribus ad lapides provocant. Dicas eos ſitire ſanguinem humanum, non ſalutem animarum. Quò inviſius eſt hæreſeos nomen auribus Chriſtianis, hoc minus committendum eſt, ut temerè in quenquam impingatur. Non ſtatim quivis error hæreſis eſt. Neque protinus hæreticum eſt, quicquid huic aut illi diſplicet. Neque ſemper fidei negotium agunt, qui prætexunt hujuſmodi ſplendidos titulos. Imo plerique ſuum agunt negotium, vel quæſtui ſui conſulentes, vel tyrannidi. Quin præcipiti lædendi ſtudio ſæpe criminantur in alio, quod ipſi domi probant. & ib. f. 2. Auguſtinus de Donatiſtis plusquam hæreticis agens, non vult eos cogi ſed tantum doceri. Et ab horum cervicibus magiſtratuum gladios depellit, quorum ſuis ipſe quotidie impetebatur. Nos quorum proprium munus eſt docere, cogere malumus quia facilius.

IV. *Inertia, Ignaviæ compendium.* vide Luth. tom. 1. Jsleb. pag. 224. f. 2. Von deß Pabſts Geiſtlichen ſtand. das iſt ein vnnütze Volck/ ſie nehmen ſich keiner Sach an/ können nichts/ jhr Sinn ſtehet darauff/ daß ſie hie ein zeit gute Tag haben/ ſie treiben kein Handel/ arbeiten nichts/ pflügen nicht/ thun der ding keins die GOtt befohlen hat/ ſie ſolten wohl predigen vnd lehren die andern die da arbeiten/ aber ſie thun es nicht. Es iſt ein müſſig Volck/ darumb können ſie nichts weber regieren noch Haußhalten/ ſie thun nichts denn plerren in der Kirchen/ eſſen/ trincken/ ſchlaffen/ vnd ſind wie die Maſtſchwein. *Tanta* ajunt *Walenburchÿ* part. 2. meth. Auguſt. c. 3. pag. 61. *hujus*

methodi *facilitas ut non requiratur cognitio linguæ Hebraicæ, Græcæ, vel Latinæ; ſufficit enim, ſi quis poßit legere Biblia vulgaria, ab adverſarijs translata, ſi conferant eorum allegationes cum textu ſcripturæ.* Hoc enim modo *etiam ruſticus, contra doctißimum Prædicantem evincit, nihil ſine additione, detractione & mutatione, legi in ſcripturis, quod Adverſariorum fidem probet aut noſtram condemnet.* Commentarium ſcripſit *Biſſelius* in Icariâ, cũ hiſtoriã ſcripſit de ignaviâ & ignorantiâ rudis plebeculæ (in Papatu æq; ac extra non ſolum domeſticæ ſed & ſanctæ) *cum puer ruſticus ad Polalti quæſtiones reſpondiſſet neſcio, ô mi, addens ô domine: noli ex nobis hæc talia quærere: non ſunt iſta fori noſtri, non tractationis paſtoritiæ. Nos greges armentaque numerata ducimus ac reducimus. quæ altiora ſunt, altioribus relinquimus. In iſtis, quæ tu proponis, Cives & clauſi mœnibus oppidani ſumus incurij. Ita diſceßit. Videbatur mihi parvus nebulo dicere;* QVÆ SVPRA NOS NIHIL AD NOS! *Vehementer in hæc Polaltus efferbuit, præ indignationis motu, non magis abeuntis Pueri cruditatem in divinis, quam commune tunc regionis malum, ſacrorum ſocordiam, execratus. Et;* Hi *(exclamat) hi ſectarum fructus, hæ vindemiæ ſunt peſtilentium labruſcarum! ut jam (ſi ſuperis placet) impune*

pune Chriſtus, impunè Cœlum, quod tamen ante oculos pendet, neſciatur. hinc ib. p. 15. rectiora doceri, tanquam urticam fugiunt, delicatiſſimæ opinionis inſuefacti roſis & Sardanapali plumulis incubantes. mox. reſpondet illi Verſius pag. 15. Imo, ſi ſcires, quàm iidem ad hoc ipſum in Pueritiâ ſua docendâ pervigiles ſe præbeant: ut merito pro miraculo ſit, Puerum tuum tam paſtoriè ignorantem eſſe. Docent certe: ac fateor, Prave quidem illi, & ad prava: ſed tamen medius fidius accuratè. Ter quavis hebdomate; nonnullos autem apud populos quater, non modo pueros puellasque, ſed omnino, quicquid Minorennium cenſu æſtimatur, & in his etiam adultiores, convocant, abſentiam quantumvis unicam, mulctis objurgant: conſtantem negligentiam vel proſcriptione, vel inſuper confiſcatione; plerumque ſaltem Infamiâ, quæ honeſtis pro more eſt, publicâ traducunt. Docentur porro in conventibus per Muphtos ſuos, indefeſſe ſtrenueque: neque probrum eſt, Ignoraſſe, ſed Ignorantiam perennaſſe. Quæſtionibus certatur & reſponſionibus, contentione tantâ, quantâ vix pro & contra Agrarias, in Romano quondam foro, Ciceronibus adverſus Rullos & Rullis in Cicerones declamantibus. Premunt vero præ cæteris ea Religionum capita cardinesque, in quibus Eccleſiæ Lucianus obnunciat. Adultos porro uſque ad perfectionem magiſterii, ea ſcire adeo eſt decretorium; ut doctri-

*doctrinæ Lucianicæ examine & exploratione, etiam Nuptiæ vel approbentur publicè, vel repulſam ferant. Hic conjugiorum lapis eſt Lydius: quam donec ſponſorum uterque Muphtis exhibeat, poſt acerrimam quæſtionem; cœlibatu, torique ſuſpendio, tanquam Tulliano carcere, macerantur. putant enim (& verè) talem ut plurimùm fore prolem, qualibus orta parentibus prodiderit. Atque hæc Muphtorum eſt Lucianorum ſolertia. Noſtri, proh dolor! quantum in hoc plerumque ſudant? Frigere dicas illos, in medio labore. Quotus enim quisque erudiendæ ad pietatem pueritiæ operam vel ipſe ſumit, vel ſumtam ab aliis adjuvat? Etiam illi, qui tempus impendunt, vigorem non impendunt: dexteritatem (operum omnium caput) negligunt: ſeveritatem aut laxant, aut ultra modum, impatientes intendunt, nulla nervi mediocritate.* At cui bono hîc vigerent catechetæ? ubi fides implicita ſufficit, ignorantia meritum eſt: ubi Diſputantes audire nefas, Eccleſiæ infallibilitas murus eſt aheneus? Confer infra p. 24. *Non enim dici poteſt quam hæc plebecula paſtoritia & villica (non minus tamen Chriſto pretioſa, quam ſanguis patritius) divinorum ignorantiâ, tanquam aliquo Præſcriptionis jure, paßim utatur: & priusquam interitus ſui cauſas ſciat, negligenter intereat. In Alpibus Italicis, patrum noſtrorum memoriâ, adoleſcens paſtor repertus eſt; qui precari quidem*

*dem ritè doctus, quid tamen crederet, aut quid ſupra ſe coleret, penitus ignoraret. Itaque ſoli, tam ſurgenti quàm occumbenti, quoniam radijs ipſius nihil ſpecioſius, nihil dignius invenerat, bis quotidie genua ponebat, huic adorando precem Dominicam, & Deiparæ ſalutationem, quinquies pronunciabat.* Scilicet molliter in culcitrâ dormiendum: publicus hoſtis habeatur, qui hanc quietem turbat. facilius eſt decreta crepare, quam argumenta reſonare. *Denique ſufflamen religionis veræ propugnandæ,* quo conſilio *Licinius* (apud Spond. anno 316. n.3.) prohibuit Epiſcopis, ne cum Gentilibus in colloquium aliquando venirent, ut Chriſtiana religio inter eos minime propagaretur.

§. 7. OBICIS VIS, *Damnatio* eſt peremtoria Rei inauditi, inconvicti, ore gladii intentata, ac illata, ſyllogiſmus in cujus concluſionem, inquiſitione contortam, ingreditur nex carnificia. Alſo iſt Joh. Huſs (Luth. tom. 7. Witt. p. 137.) durchs placet der Vngelärten Tyrannen hingerichtet / ohn Vnterricht / ohn Beweiſung / ohn Vberwindung.

## OBICIS NEFAS.

§, 8. *Iniquitas artis* novæ tanquam deviæ ab officio Chriſtiano, à Jure Logico, à ſemitis antiquis Chriſti & Apoſtolorum

atheiſi-

atheiſicæ ac Circes inſtar brutificæ, in genere detecta eſt in polemoſoph. p. 302. & ſeqq. & vindiciæ oppoſitæ p. 338. p. 296. & ſeqq. Nunc oſtendenda eſt *Injuria* I. *In Aletheam* Numinis Filiam & hujus ancillam Dialecticam, liberrimam, Catholicam, immaniter barbarica. cur enim non pari barbarie relegant Arithmeticam, gnomonicam, aliasve artes liberales? II. *In proximum* Acatholicum (ut vocant) cui alioquin beneficentia illius Samaritani debebatur; at illi ea pax offertur quam Nahas Ammonites (ſerpens nomine reque) Jabeſitis obtulit, ut eruat illis oculos dextros, ponatque eos in opprobrium in univerſo Iſrael. 1. Sam. 11. 2. Bene hîc atque in rem noſtram opportunè hæc notat *Caſp. Sanct.* ad h. l. pag. 215. *Petit oculos dextros, ut ſtigma maneret perpetuum ſervitutis ignobilis; & in effodiendis oculis ferretur ab ærumnoſo & infelici populo acerba vexatio & cruentus dolor. Cur autem dextrum potius oculum eruere voluerit Rex iſte barbarus, quàm ſiniſtrum, ejus rationem reddit Ioſephus l. 6. antiq. c. 5. quia nolebat* Nahas *cum hoſtibus victis quicquam in poſterum habere negotij: atque ideo, ut illos ad bellum redderet inutiles; dextros effodere oculos volebat: cum enim in pugna clypeos in ſiniſtra gererent, neceſſe erat, ut ſiniſtri objecto clypeo impedirentur, quo minus viderent hoſtem, & ſine errore infer-*

*inferrent, aut declinarent plagam, quare dextris effoſſis oculis perinde erant atque ſi cœci forent, cum illorum uſus tantum in bello eſſet.* Et mox, *qui cum hoc Naas; id eſt ſerpente venenato, ac callido, fœdus inierit, illique ſubeſſe potius elegerit, quàm cum eo ad mortem uſque pugnare; oculum jam habet dextrum effoſſum, qui cœleſtia neque videt, neque curat, neque aliter vivit, quam animantes mutæ, quas natura abjecit ad paſtum, neque aliud aut quærit aut cogitat quàm quod affectibus ſervit animalibus.* III. In Catholicos ipſos (ut dici amant) quos exarmat, excœcat, vulnerat: quorum ligat conſcientiam, per vincula fidei 1. Implicitæ, cœcæ obedientiæ. 2. Libertatis ac exuſiæ arbitrii, cœlitus alioquin laxatæ, ne qua ovis rationalis de paſtore bruto licet ac aberrante judicare, nec aliâ regulâ ſequeſtrâ uti auſit, *niſi attendendo, an is, qui prædicat, dicat contraria dictis à prædeceſſoribus. Bellarm.* lib. 1. de Cler. c. 7. hoc ſc. eſt tempora metiri non ſolis motu, ſed æredituorum nutu: ruſticus, (auctore *Toleto* l. 4. in ſtruct. c. 3.) *credens ſuo Epiſcopo proponenti aliquod dogma hæreticum, meretur in credendo.* Sic puerorum ætas improvida ludificatur. 3. Parrheſiæ, contremefactæ, expiandæ confeſſionis carnificinâ. Quæ major hominis miſeria, quam (quibus præ beſtiis pollet) viribus rationis, voluntatis,

linguæ

linguæ perpetuo captam, Idioticam, fatuificam, brutificam tenere fidem, ubi non ſolum Laici, in villis præſertim & pagis, jubentur eſſe ſtolones, ſed Monachi oſſei aſini, ut qui portant quicquid impoſueris. Quid facerent Apoſtoli Ignatiani, Luciferi, ſi pari jure eos Peruani, Japonii, Barbari alii, ab aditu & colloquio depellerent? an æqui conſulerent, ſi quis claves illis ad januam Collegii eriperet, ideo quia fuerunt qui eas obliquarunt & detorſerunt, Omnes alioquin homines naturâ ſcire deſiderant, ſciendi dulcedine paſcimur omnes: at ſunt in orbe homines cætera πρὸς τὰ κάτω ſatis acuti, πρὸς τὰ ἀνώτερα καὶ κρείτονα fatali & trabali ignorantia ſponte talpæ: ut ſi meliora Evangelia miſſionis ac redemptionis; ſi aliam religionem quam cui aſſuevere, afferre, commercium ſeu colloquiũ, ſeu literarum tentare velis, aures occludant; ſurdis fabulam, aſpidi incantamenta canas. *Exarmat*, dixi, *interdicto biblico*, ne ſe captos intelligant, ne vel per rimam veritatis incorruptæ radius transpareat, & ulterioris indaginis' horexin accendat: & lectionis biblicæ faſtidio, creato per obſcuritatis & periculi ſeductivi injectam ſuſpicionem, *cum tamen* (auctore Auguſtino l. 6. contra Fauſt. cap. 9.) *ad hoc abſcondantur ſcripturæ ſ. ne vileſcant; ad hoc quærantur, ut exerceant,*

*erceant, ad hoc aperiantur, ut paſcant.* Furioſo (ita ſe excuſant) negant arma: negant canibus ſanctum præbendum. at qui furioſi? Thraſybuli, à quibus gladius ſpiritus timetur. qui canes? Vertagi, qui lupum produnt. propter intemperantes, quorum eſt in omnibus nationibus tanta copia, promiſcuum vini uſum nullus unquam Rom. Pontifex prohibuit; cur lectione ſcripturarum populis interdicit? vel ſi permittit, vetant tamen liberè legi, ac oculo non præoccupato. Contingit lectori Pontificio, quod Icterico, cui omnia pallida; quod ſuffuſione oculorum laboranti, cui omnia cruenta; quod ei cui tinniunt aures, ſemper illi campana tinnit; quod arquatis, quibus omnia lurida apparent ac lutea. Ita veritatem in S. literis exaratam nemini licet, ne Theologis quidem, puro oculo intueri, ſed imbuto prius Scholaſticæ theologiæ nebulis, & traditionum commentis; curiæ Romanæ obnoxio, parato non ſe vidiſſe, quod vidit, affirmare, ſi genius Romanus id non ferret.

## OBICIS NOXA.

Cùm directa, tùm in ipſum auctorem noxæ reflexa. Directa, Lethargus eſt conſcientiæ erroneæ, ſecuritatis commeatus, ἀπώλεια præſentiſſima. Reflexa eſt *violenta*

*lenta eruptio*. nam cum cœco carcere ventos frenat Aeolus, aliaqua illi occaſione emiſſi, una Eurusque Notusq; ruunt, celebrisque procellis Africus, periculoſius nocent captivanti, omnemq; remedii ſpem difflatam perdunt; id quod ſapienter monuit Inclytus Heros *Fridericus Elector Saxoniæ* in ep. ad *Valent. à Dietleben* Romæ agentem tom. 2. lat. p. 256. f. 2. *Cum nunc Germania floreat ingenÿs, & multis doctrina & ſapientiâ præſtantibus viris, peritis linguarum & omnis generis literarum, cumque etiam nunc vulgo Laici ſapere incipiant, & ſtudio cognoſcendæ ſcripturæ teneantur, multi judicant valde metuendum eſſe, ſi neglectis æquiſsimis conditionibus â D. Luthero oblatis, ſine legitimâ cognitione tantum Eccleſiaſticis cenſuris feriatur, ne hæ contentiones & certamina multo magis exaſperentur, ut poſtea non ita facilè ad ocium & compoſitiones res deduci poſsit. Nam Lutheri doctrina, ita jam paſsim in plurimorum animis in Germaniâ & alibi infixa radices egit, ut ſi non veris ac firmis Argumentis & perſpicuis teſtimonÿs ſcripturæ revincatur, ſed ſolo Eccleſiaſticæ poteſtatis terrore ad eum opprimendum procedatur, non videatur res ſic abitura, quin in Germaniâ acerrimas offenſiones & horribiles ac exitiales tumultus excitatura ſit, unde nec ad ſanctiſsimum Dominum Pontificem, nec alÿs quidquam utilitatis redire poterit.* Vates

fuit

fuit haut falſus ! Lethargus, conſcientiæ erroneæ ſecuritas eſt Απώλεια animarum.

## OBICIS RIGOR
## Δύσκλαςος.

Ferreus, Immutabilis, Irrevocabilis. Stat rigere ! Ratum eſt nihil cedere velle ! palatium ſic eſt oppeſſulatum ut nullo ariete effringas. Es wird ja ( ait Thom. Henrici in Iren. Cath. ) kein eyfferiger Chriſt / welcherley Glauben er zugethan ſey / den Catholiſchen zumuthen / daß ſie etliche jhrer Glaubens-Articul fallen laßen / vnd hingegen andere der Widrigen annehmen. Aber die Lutheraner ſollen auff ſolche weiß die Meß / die Ohrenbeicht / das Fegfewr vnd dergleichen / ſo ſie für die gröbſte Greüel halten / gut heiſſen. *Belialis* hoc *poſtulatum eſt*, in eâ quum *Ayrerus* ( ex antiquo Auctore Jac. von *Theren*, cujus Belial Argentorati excuſſus) deſcripſit, in actione cū Chriſto, coram Salomone, præſcriptionis ſe præjudicio, ac turbatæ poſſeſſionis præſidio tuentis pag. 70. 236. 371 *Nabalis*, cui nemo auſus eſt contradicere, hæc eſt pervicacia; qui in lapidem, quaſi ex talione, obriguit. *Roboami* hæc eſt conciliatura, populo, immoderati vectigalis mitigationem roganti, intendere jugum, ſcorpiones minari, Aduram exactorem ( Tezelium ) immittere, cedere nulli. Meritò igitur repudium tulit

Ptochotyrañus, *Vade in tabernaculũ Iſrael!* Hos habet pertinaciæ ſuæ duces, Nahaſum, Nabalẽ, Rehabeamũ, qui nunc eſt in capitolio Rom. Deus Terminus, perpetuo riget, cum inſcriptione, CEDO NULLI! ſed Ἄκλαςος τῷ φαύλως ἔχειν l. δ. Metaph. cap. 22. quia ægrè quidem ac difficulter, tamen expugnabilis, jamq; fractus eſt & expugnatus calamo Lutheri, cum aliis in ſcriptis tum vel maximè im Buch von Weltlicher Obrigkeit an den Chriſtlichen Leſer Teutſcher Nation. tom. 6. Witteb. pag. 570. & ſeqq. ubi fortiſſimus aries admotus tribus muris Babyloniis, eos effregit. Equidem *Cornæus* regerit, *Stat adhuc dum toto orbe ſalva Pontificis majeſtas, ſtabit, ſtabitque, etſi tu & prædicantes omnes irâ & furore rumpamini.* Reſp. Etiam Sathan è cœlo lapſus eſt, tanquam ſtella, ejus regnum à Chriſto deſtructum & tamen adhuc graſſatur in cœleſtibus. Stat quidem adhuc Pontificis Majeſtas, ut ſtatua & ſimulacrum, ſuffultum brachio ſeculari, tibicine Lojolæo, πολιτεύμασι, αἰνίγμασι, arcanis & reconditis Imperii fundamentis, juribus dominationis, rationibus Statûs ut Politici appellare amant: at fulmina obbrutuere; formidabilia olim ſummis Regibus; nunc hi formidabiles Papæ, niſi politicâ verſutiâ res ſuas agat. Quanta ſit Papæ Majeſtas hodie apud Janſenitas nequic-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/344 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quicquam attonitos, dies docet. Inſtat dies ſummus cum *elevatus ut Cedrus Libani non erit*. Pſal. 37, 36. Stirpitus conficiendus. adventu Chriſti glorioſo.

---

# ARTICULUS TERTIUS.

## OBEX SYNCRETICUS Sive Lex Syncretica gladio vindice armata.

§. I.

ABſtineto ab Elencho in Reformatos, per conſequentias non agnitas elicito, ac anathemate è ſuggeſtu eorum, qui in Symbolis Eccleſiæ antiquis, eorumque ſenſu generali conveniunt: *Controverſias amputato: Convenit, ita poſt alios Dieſt. diſp. 2. p. 200. Paſtores utriusque partis controverſias iſtas pro concione tractare non debere. Quod ſi textus aut alia neceßitas exigere videatur, ut ipſum dogma tangatur & explicetur, non niſi ſummâ cum modeſtiâ id fiat, diſſentientium nulla fiat mentio, nullum ipſis verbum duriusculum excidat, quo exoſi apud plebem fiant, multoque minus acerbè eorum ſententia exagitetur, non adfingantur aliena, conſequentiæ non agnitæ non imputentur, ſed ſimplex ſolum veritatis de-*



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/345
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*claratio & confirmatio ex ſcriptura proferatur, eoque præcipue ſpectent verbi divini præcones, ut populum quæſtionibus difficilioribus & captum ejus ſuperantibus non turbent.* & mox. p 212. *Vtrinque, ſine alterius partis diſſentientis non neceſſaria appellatione, ſtabiliantur, & a manifeſtis erroribus, ſi neceſſarium ſit, modeſte liberentur. Sic enim Reformati in Lutheranorum & Lutherani in Reformatorum cœtu vix ſe tangi animadvertent, exacerbationes oblivioni tradentur, & corda unientur, ac controverſiæ paulatim ſopientur*: h. e. botulis pugnato, & butyraceis trochiſcis, non gladio ſpiritus: non diſputato zeloſè, ſed conſuſurrato proditoriè. nam qui Venatori retia, plagas, numellas; qui aucupi tendiculas, viſcum, arundinem; qui piſcatori hamum, maſſam, fundam; qui Militi arma raptat, is venationem ipſam, aucupium, piſcaturam, αἰχμαλωσίαν, è quâ, victoria, it ereptum. Germani dicunt, wåſch mir den Beltz vnd mach jhn nicht naß. Scaturigo principiorum teneatur, foveatur, maneat: fluxus conſequentiarum liquidus, cataractâ quadam impoſſibili coerceatur. Nam qui ſemel principia dedit, concluſionem negare nequit, ſive hæc agnoſcatur, ſive non agnoſcatur. hoc enim eſt ex accidenti; Corvus eſt niger ſive tu videas, ſive non videas. Agnoſia conſequentiæ, ad captionem propoſitæ, pri-

vativa,

vativa, eſt ignorantia Juris inexcuſabilis: poteſt enim Chriſtianus, cui ſalus ſua curæ eſt, ſcire eâ facilitate, quâ calculos ſubducere & rationes inire in bonis ſeculi: debet per prudentiam, ut fruſtra jaciatur rete coram oculis pennatorum; aliàs requies ſimplicium interficiet eos. Tenetur agnoſcere ipſum conſequens: ſi errorem in conſequentiâ monſtrare nequeat; adeoque captum ſe & convictum videat. Potuiſſet alioquin pari repulsâ Oeconomus in Evangelio eludere rationes ſui heri: ac jam ad abacum vocanti, calculos ponenti, rationes ſupputanti, dicere, Domine, ego hanc logiſticam non agnoſco. Haut profectò ſtultè ſaperet! Quid ſi, inquies, rationes conturbet calculator, non conſolidet, egone id ſuſtineam? Igitur Arithmetica δοκομασίαν præſcribit, quâ judice ſeu error, ſeu dolus facile proditur: ſic δοκιμασίαν πνευμάτων S. Johannes præcipit: de quâ nos alibi peculiari tract. vide illic. p. 58. 73. Hæc ſcil. eſt illa obtruſa Tolerantia mutua, anelenchtica, una cum communione ſacrorum & ſacramentorum: Tolerantia, inquam, non nævi ac (ut *Salviani* voce utar) *opiniunculæ* alicujus *pertenuis*, ſed gangrenæ in eodem corpore, Arcæ fœderis & Idoli Dagon in eodem fano, Chriſti & Homeri in eodem lario; quaſi tam leve ſit malum fidei, ut cum

 bono

bono fidei tam facilè conciliari poſſit, omni crimine morali, in politiâ non ferendo, perniciosius. Tolerari quandoque in Republ. vitia moralia, quibus depellendis par non ſis, neceſſe eſt: nunquam autem errores fidei eâ tolerantiâ, quæ officium elenchticum Spir. S. ſufflaminat. Sic antediluviani gladium ſpiritus ac elenchum admittere noluerunt, juſtè diluvio abſorpti.

## OBICIS ORIGO.

§. 2. *Cacoethes* pruriginis Diſputatricis & obliquationis à normâ, formâ, fine diſputãdi. hinc exiliũ & repulſa diſputandi. tanquã per ſaltus & ſylvas non amplius ſit eundum, poſteaquam latrociniis aliquandiu infeſtæ fuerint & infamatæ. haud diffitemur in uno extremo aberratum fuiſſe, de quo jam olim conqueſtus *F. Conradus Pellicanus* Minorita in præfatione ad lectorem Scrutinio ſcripturæ divinæ *F. Caſparis Salgeri* fratrum minorum per Germaniam ſuperiorem Provincialis, miniſtri, præfixa anno 1522.

Non ſine cauſa S. Chryſoſtomus tot locis deteſtatur inter homines Chriſtianos Philoſophicas concertationes: inter quos magis, ut ait, convenit eſſe collationes, quàm diſputationes. Quod ſi diſputationes quoque videntur admittendæ, ad excutiendum, velut è ſilice, veritatis ignem, tamen eas oportet abeſſe ab omni rixandi ſtudio, multo magis à convitiis. Alioqui locum habebit illud mimographi dictum: Nimium altercando veritas amittitur, & exorietur ridicula andabatarum pugna, quæ inter cœcos committi ſolita eſt. Siquidem, ubi incaluit pugna, ubi mutuis convi-

convitiis irritati ſunt utrinque animi, ubi altera pars ſibi plus vindicat, quàm æquum eſt, alteri plus adimit quàm par eſt, ubi uterque totus eſt in hoc, ut quoquo modo lædat adverſarium, quæſo, quid aliud eſt, quam compugna? Non ſic oculos corporis excæcat calx injecta, ut ira & odium excœcant oculos animi. Vbi ſemel occupavit odium, ibi nullum eſt judicium. Et quo pugnatur acrius, hoc magis obſcuratur veritas. Annon talis quædam pugna jam pridem fervet, inter literatos quoſdam, non absque gravi totius orbis offendiculo, multorum conſcientiis interim in ancipiti pendentibus? quum aliquoties infelicius ſit pendere quam cadere.

Sed non ideo in alterum extremum declinandum eſt. *neque* ( ita *Auguſt.* l. 1. contra Creſcon. c. 1. ) *ideò uti non debent boni docti* & *Medici ferramentis medicinalibus ad ſalutem, quia his ad perniciem etiam indocti peßimique abutuntur.* Eſt & 2. cauſa hujus obicis *Fatalis* ἀντιπάθεια in ſtudia tetrica, ſubtilia, ac ut ajunt, metaphyſica; ab iis plerumque in invidiam expoſita, qui cum catti ſint in mures aureos, talpæ eſſe volunt in vulpes vineæ perditores capiendos: quæ antipathia etiam in præla redundavit, ægrè admittentia quiquid certamina ſpirat Theologica: cum nullum ex his operæ precium ſperet, qui venum exponit Bibliopola. adde & Fatalem ignaviam, profundioris penetrationis, πρὸς ἄλφιτα non facientis, pertæſam; pulvillos ſubſternit. hinc ſumma Analyſeos logicæ Ignorantia, quam Ramæi corrupere, Doctores Academici neglectui habent, in canonibus ſuis ſeu edendis, ſeu vindi-

 candis

cădis & tricis allotriis ac inutilibus toti occupati. Fuit, cum ipſe olim Analytica collegia, ad leges Ariſtotelis, inſigniter à *Corn. Martini* in aureo libello de analyſi Logicâ, illuſtratas, aperuiſſem, novos Deos introducere ſum viſus. Hinc ſexcentas audias Diſputationes, hoc titulo publicatas; at ſyllogiſmos formaliſſimè contextos ac reſolutos, vix numero tot quot Thebarum portæ. Quis fructus? nulla victoria ſed victoriæ perſuaſio: nullius controverſiæ ad unguem expeditio, ſed vana opinio. Alethea in confuſo manet ac illiquido. hîc, dicas, homines frigent: hircum mulgent!

## OBICIS RATIO.

§. 3. Κατὰ πρόφασιν, *Amor Concordiæ*, hoſtibus, utriq; Antichriſto Orientali & Occidentali terribilis: Συμπολιτεία ſuavior & tolerantia ἀπολέμητος: *Fidei ſimplicitas*. κατ' ἀλήθειαν. *gladij ſpiritus ac elenchi fuga*; *Religio Domina* omnes alias conſumtura, ſi prius canes vigiles obmutuiſſent. hinc *Brentius Bucero* olim reſpondit, *Camarinam moviſtis: jam nos adhortamini, vel ne fœtorem olfaciamus, vel ne expurgemus. Incendium per vos excitatum flagrat: nunc prohibetis, ne accurramus incendium extincturi, aut forte ne ſuſpicemur vel incendium eſſe. Victoriæ diffidentia*, der Karch ſteckt zu tieff! reputationis ſive auctori-

ctoritatis, cum damno Eccleſię, conſervatio, *Obſtinatio*, pudet παλινωδεῖν: juvat in turbido piſcari: timentur retia veritatis non timenda, ſi de veritate tuæ fidei certus eam tueri poſſis; ſi incertus, ſi non poſſis tueri, admittenda per conſcientiam, quietis ſuæ ſtudioſam.

## OBICIS VIS.

§. 4. Perſecutio, Relegatio, Diocletiana iniquitas. Hoc enim machinatur ὁ Ἁγιοδαίμων, ſuo illo Irenico idolo, quod tot annis ſtruxit, expoliit, palam ad cultum erexit; cui ſi genua incurvare nolueris, victima cadas; ſi pro ovili contra hyenam vigil ſteteris, canis dicare rabioſus, ad Garamantas expellendus, ſuffecto in excubias, moderato, h.e. muto & cæco cuſtode; ſi caveas, ne

In ſyncretiſmum gens furioſa ruat,

ruas ipſe prius, perque horrenda convitia, ſannas, ac exutheniſmos, inviſus orbi ſolique, ſepeliare. Stat! arcere canes baubantes, ne lycaonem lyciſca prodat, aut gallos adventantes prohibeat Deûm latrator Anubis.

## OBICIS NEFAS.

*Nefas I. In ſummum controverſiarum Iudicem Spiritum Sanctum*, ore ſtyloque, præcipue Miniſterii hierurgici ac presbyterii in

nomine

nomine Domini congregati in Eccleſiâ agitantem: exauctoratum à criſi dokimaſticâ Spirituum è cœlo an orco afflent? à criſi ſequeſtrâ veri & falſi, diei & noctis, lucis & tenebrarum; damnatrice erroris per elenchum καθ' ἑκάστους. Tolle gladium ſpiritus, quid judicabit, qui ordinario nolit, niſi hoc inſtrumento, judicare? 2. *In Eccleſiæ Doctores* militiæ ſacræ conſecratos, nondum rude donatos, quoad ſerpens, cui impugnando ſunt initiati, vixerit; at exarmatos ac deſtitutos nobiliſſimâ armaturâ *Zeli* pro gloriâ Numinis vivacis, ſtrenui, boni, juſti; *gladij* ſpiritus acuti; arte & ſtrategemate militari, deductione ſcil. ad abſurdum: cujus artis ſcopus eſt non convitium ſed confuſio, ut erubeſcat qui eousque ductus eſt; reſipiſcat & principium ac hypotheſin, ſive ſcaturiginem è qua error ſacrilegus, impius, ſcandaloſus effluxit, obthuret, ſopiat, deteſtetur; ac tùm demum ſi ἀνίατος appareat, αὐτοκατάκριτος habeatur & damnàs. Sic Apoſtolus Corinthium errorem de reſurrectione carnis propriâ, abſurdis ut arietibus expugnavit; miratur ſtuporem hominum hypotheſin concedentium (Chriſti ſcil. propriè dictam reſurrectionem) & tamen conſequens negantium, Chriſti quoque membra proprie eſſe reſurrectura. Quî enim caput ſine membris reſurgat?

Jam

Jam quid efficiet Doctor inermis? quem feriet paſtillis Butyraceis? quem dehortabitur à lupo, ſi eum ſuo nomine appellare non auſit? Quomodo veritatem confitebitur planè & plenè, ſi ἀντίθεσιν cum ſua atrocitate deſcribere vereatur? quomodo poterit ἀντιλέγειν mutus, ἐπιςομίζειν ore oppeſſulato? Optime *Calvinus* ad act. 15. hæc notavit. *Nunquam rectum de ulla quæſtione judicium feretur, niſi fonte penitus excuſſo, deducta fuerint omnes conſequentiæ, quas ſecum trahit quæ in controverſiam venit doctrina. Ideo non mirum ſi Petrus, ut Pſeudoapoſtolos extrahat è ſuis latebris, generaliter diſputat de totâ Lege: quia nihil quàm rem ipſam, quæ occulta ſimplicibus, aperit; ut videant omnes quàm exitialis ſit doctrina, quæ & Chriſti gratiam extinguit, & animas demergit in horrendæ deſperationis abyſſum.*
3. *In Eccleſiam ipſam*, gravedine quadam & ἀγευσίᾳ occupatam, ne poſſit fructus ex arbore malâ malos ſubodorari, quos conſequentia deguſtandos præbet. non ſemper ſubolfecerit ex hoc vel illo dogmate ſequi aut ſecuritatem, aut deſperationem, fructus ſcilicet peſtilentiſſimos, cui conſequenter argumentari non licet, ſi vel naſum rhinocerotis habeat. Ecquo impoſterum laqueo Papam-Antichriſtum capies, ſi conſequentiis miſeris nuncium? *In*

*Eccle-*

*Eccleſiam inquam, armamentario ſpoliatam,* πνευματοσβέσει laborantem. Qualis illa Eccleſia militans, quæ cum juxta extremum ſuarum virium vigilare, gladium acuere, certare tenetur, militare non poteſt, ſtupere cogitur? 4. *In jus logicum.* Etenim dialectica conſequentia Jurisdictioni civili tam non eſt obnoxia, quàm Tiberius Imperator grammaticæ imperare non potuit, Marcello Grammatico id notante: quàm nemo mortalium poteſt imperare artem oblivionis; eſt enim Intellectus potentia neceſſaria, nulla vi legum aliò divertenda, niſi virtute argumentorum.

## OBICIS NOXA.

Obicem gladii vindicis manet, ante omnia *Apertum lupis ovile*, inque prædas datum, graſſaturis ſecurius, laniaturis impunius: *& philtrum Apoſtaſiæ toxicatum,* nullo prophylactico præſervatum aut antidoto munitum. non recuſabit calicem Babylonium, illecebris mundialibus refertum, qui elenchi ſecurus, impunè errare poteſt. Dum metuunt Reformati à Romanis, eoſdem in ſuas cervices adducunt gladii ſpiritus repulsâ; pari aſyliâ ſe munituros, eâdem arte, ex iisdem principiis ad ſui unionem pertracturos, quibus ſyncretiſtæ Lutheranos eunt pellectum. vide Salve

Reform.

Reform. p. 717. & ſeqq. Tolle gladium ſpiritus: cecidimus cauſâ, ecquid enim ſuper? quô noſtram cauſam tueamur? cujus gladii uſuram nobis conceſſit pax Paſſavienſis, eam nobiſmet eripimus. Eſt denique proceſſus diſputandi adialecticus, ex ſcripturâ inorganicâ, *fons omnium hæreſium*, ἰδίας ἐπιλύσεως obſtetrix, mors Miniſterii.

## OBICIS RIGOR
### Δύσκλαςος.

Tam durus, ut nullo illum malleo vel contundas, vel retrotrahas: Ejus exemplum parallelum in Concilio Florentino exhibitum productum eſt in *Stylo Vindice* pag. 25. & ſeqq. Crimine ab uno diſce omnes. Fuga illic diſputandi pudenda, peperit ſtolidam oppoſitionem τρόπων ἐνωτικῶν: *Cum Imperator Palæologus* (referente *Sylveſtro Sguropulo* in hiſt. Concilii Florent.) *Præcipuam vim dicendorum dixerit, ut ab ulteriori diſceptandi moleſtiâ cunctos liberari deprecaretur: rationem adjiciens, in vicem coronidis, cum ſpem foveret, nullam à contentionibus concordiæ finem extundi poſſe, ideo ſe diſſertationibus abrenunciare. Iulianus vero dicta Imperatoris refellere, & contrarium aſtruere nitebatur, quod à diſputationibus concluſio non ſit deſperanda. At Imperator replicuit, verbis idem ingeminans: Ab his concertationibus*

*bus nullus unquam ad votum finis emanabit: nec tamen animam deſpondeo, quin controverſiarum exitum aliunde derivatum conſequemur. Iulianus iterum animosè invectus obſtitit: Et quod tua ſerenitas, inquit, pro ſtabili fundamento obtrudit, ab his digladiationibus noſtras diſcrepantias nunquam poſſe in expeditam concluſionem terminare, nemo poteſt ſtatuere, niſi afflatus ſpiritu fatidico Propheta: Nos autem Tuam Serenitatem futurorum præſcientiâ inclaruiſſe hactenus nunquam didicimus. Atque ut altius orationem pertexeret Iulianus, plurimis demonſtrationibus luculentiſſime comprobavit, has ratiocinationes omnino neceſſarias eſſe, & manibus nunquam dimittendas: Et Imperatorem debere omni ope & Conſilio easdem promovere. Cum idem Iulianus διάλεξιν urgeret, à Niceno* reſponſum obtinuit abſurdiſſimum, quo veritatem διαλέξει oppoſuit, finem ſcil. optimum optimo medio. *Iulianus dicebat* ſect. 6. c. 5. p. 118. *nunc inveſtigare oportet, ac in medium eruere, quæ gentes potiſſimum diſtineant controverſiæ: Earum ſingulas accuratâ examinatione diſcutere. At Nicenus contrà* pag. 119. *Medium, inquit, aliud, nec foras attulimus, nec domi unquam uſurpavimus præter veritatem: Et ſi veritas à noſtris partibus conſtabit, nobis æternum erit medium, nec de alio ſollicitabimur:* & p. 233. *Speravimus autem publicis diſceptationibus*

*nibus Concluſionem extrahi poſſe unitivam: ſed contrarium varia experimenta docuere: quare eaſdem ablegavimus, quamvis Latini ut continuentur acrius inſtitere: Mihi vero præclarius viſum eſt, modos excogitare, qui vos in Mediam quandam conciliandi formulam introducant, quâ duæ gentes diverſa ſentientes conſocientur.* Atque hinc ex recto ordine pacis reſtaurandæ, neglecto, illa ipſa, ut glacies gelu diſſiluit: continuata eſt diſcordia, inter Græcos & Latinos, pependit, quæ dudum occalluit, nunquam conglutinanda, niſi poſtliminiò quæ rarus gladio ſpiritus. Quo unico effringi poteſt, virtute omni-liberatricis veritatis; eâ cœleſti virtute, quâ Angelico verbo ceſſerunt catenæ Petri in carcere: dummodo illi aditus pateat: aures inveniat non omnino obſeratas; corda, brutalitatis pertæſa, Cretico-circæum poculum altè nimis imbibitum ſunt evomitura, inque priſtinam humanitatem reditura, organi ὀργάνων quaſi μῶλυ admiſſura.

---

# ARTICULUS IV.

## OBEX SIMPLICIANUS.

## LEX THEOSTYGIA, SIMPLICIANA, IDIOTICA, ENTHUSIASTICA, PSEUDO-POLITICA.

## *Diſputandi de fide & religione licentia coercetor.*

§. 1.

ANtipathia hæc naturæ carnali congenita eſt, uti horror à chirurgo crus amputaturo: Beneficia & chariſmata divina qui oderunt, illi ſunt θεοϛυγεῖς, quos Apoſtolus caſtigat Rom. 1. 30. Hi vel ſunt *craßiores vel ſubtiliores*; illi apertè chariſma diacriticum ſeu dialecticum conſputant, conſequentias non admittunt,

---- id quod magno mercentur Atridæ! profectò qui conſequentiæ cataractam coercent, traditionibus portas aperiunt

Luth. in Tiſchreden p. 258. f. 2. Das iſt das regnum Mundi, der Welt Reich/ und Teuffels Cantzley / da die Folge verneinet/ und was vorher gehet/ zugelaſſen wird. Welches eine Sünde iſt/ die nicht auß Irrthumb/ ſondern auß verſtockter Boßheit kompt.

Terminos Scholaſticos exterminant, omnesque dialecticas concertationes pari odio, quo priſcæ Scholaſticæ Theologiæ ac abyſſalis Sapientiæ quæſtiones, velitationes, nugas exangues (in quas dicas illud Senecæ ep. 64. *Non faciunt animum quia non habent*) proſcribunt, in alterum extremum lapſi, rationis abuſu, rationis uſum organicum depellentes, atq; ſic hoc ipſo diſputare prohibent. retia qui prohibet prohibet piſcarier idem. Dialectica naturalis nimis impedita eſt, quàm ut hæc Sola uſui eſſe poſ-

ſit,

ſit, cur non enim in Arithmeticâ ruſticâ, in muſicâ chorali, in athleticâ vulgari acquieſcunt aſophi? in Barbariam iſta! frugibus repertis non opus eſt glandibus: omnes ſibi viſi tumdemum pii, cum ſunt ſtupidi, pigri, inque diſputandi artem ac gymnaſmata rabioſi. Inter Fanaticos omnes artificium diſputandi conglaciavit ac nominatim illi bellum indixit *Wigelius* Im Diſputirbüchlin *Quackeri*, apud *Caton.* in ſuo *Onderſ.* ad quæſtionem, Warumb ſie (Quackeri) nicht geſinnet zu diſputiren/&c reſpondent: Es iſt ſo viel diſputirens in der Welt/ welches doch allzumahl vnnutz iſt/ alſo daß es eine groſſe Gnade iſt vor das Volck/ daß ſie nicht mehr dazu geſinnet ſeyn; dann was guts kan doch darauß entſtehen/oder herfür gebracht werden/ dieweil gemeiniglich durch die diſputirer die heilige Schrifft vertrehet/ vnd der Name Gottes allzuviel dadurch geunehret wird/ vnd viel theure Hertzen dadurch bekümmert vnd beſchweret werden/ durch das vertrießliche diſputiren/ das vnter den Menſchen geſchicht/ wodurch nur viel Streit vnd Vneinigkeit entſtehet/ worinnen dieſes Volck gantz keine Freud vnd genügen hat &c. *Bernbardus* Baumann im teutſchen Evangeliſchen ärgerlichen Chriſtenthumb/ poſtquam toto prope libro exagitavit & ſuggillavit dialecticos terminos, tandem omne virus

evomit im Geſpräch eines Evangeliſchen mit einem Türcken pag 1408. Jetzt fällt mirs ein / was doch fürnemblich die Chriſten verurſachet / die helle dürre Lehre ihres Chriſti ſo liederlich zuverachten: Sie haben / ſprach er ein Buch / welches ſie Logica nennen: damit kemmen ſie die Lehre ihres Chriſti / vnd diſputiren ſie damit hindurch vnd dann widerumb hindurch; zancken vnd beiſſen ſich dann dermaſſen / daß ſie vergeſſen die rechte Praxin vnd übung derſelbigen. Darnach haben ſie noch ein Buch Metaphyſica genannt; O wann ſie mit demſelbigen Buch über ihres Meiſters Chriſti Worte kommen / ſo gehets an ein diſtinckern vnd ſtinckern / daß einer Naſen vnd Ohren ſolte zuſtopffen ſolchen Vnluſt zuriechen vnd zuhören / digna Turciſſante Criſis!

§. 2. *Duræus* novum genus Dialecticæ charitativæ, in cœcam charitatem (quæ olim cœnobia, ciboria, Baſilicas, ipſumque purgatorium ædificavit) terminatæ commentus eſt: alii dum charitatem exigunt, fidem poſthabent, h. e. ut manum tueantur, oculum tenerrimum eruunt. Ego ſanè ſi habuero omnem charitatem & fidem non habeam h. e. lumen conſcientiæ & aſphaliam me rectè amare, ne ſit cœcus furor, ſed ut ſit charitas medica, chirurgica, correctoria, nihil ero.

Was

Was ſoll (inquit Luth. tom. 7. Wit. p. 55. das Saltz/ wann es nich ſcharff beiſſet? Was ſoll die Schneide am Schwerd/ wann ſie nicht ſcharff iſt zuſchneiden? Sagt doch der Prophet/ der Mann ſey vermaledeyet/ der Gottes Gebott oben hin thue vnd zu ſehr verſchonet.

Quicquid ex fide non eſt peccatum eſt: quod fides non inaurat non ſplendet coram Deo. Sicut DEUS ipſe eſt Numen harmonicum, in quo temperamentum apparet juſtitiæ & miſericordiæ; ita & ſimilis harmonia in ſcientia recti, amplexu boni, dexträ virtutis eſt. Funda Davidis charitate licet in patriam inflammata, niſi peritè ex uſu jacta, feriiſſet, quid feriiſſet?

§. 3. E ſcholâ politicorum in diſputationes invehitur præcipuè *Bodinus*, cuius hæc ſunt l.4. de Repub. c. 7. *Cum ſemel conſtituta & omnium conſenſu probata religio fuerit; ne poſthac in diſputationem deducatur, cavendum eſt, ut omnes ſeditionum viæ, omnes aditus intercludantur, & præſidia pacis muniantur.* Ite igitur, turbarum faces, Apoſtoli ac Romano Ethnicam religionem non convellite! nuncius veſtris nunciis miſſus eſto! *Quarum enim rerum diſputationes in utramque partem feruntur, earum omnium probabilis eſt ac dubia ratio. Quid autem ab impietate propius abeſt, quam leges divinas* (ſi ſint divinæ, ſi liqueat eſſe ſenſa divina, nam de his potiſſima ſæpe eſt controverſia; concedo. alioquin & Ariana ſcita Synodica fuiſſent irrefragibi-

lia *quorum* (ipſo Bodino aſſerente, p. 755.) *confirmata fuit diſciplina, conciliis victo, quæ variis temporibus Tyri, Sardis Syrmij, Mediolani, Seleuciæ, Nicææ, Tarſi, Arimini coacta fuerant; ac potiſſimum Synodo Ariminenſi, quæ Sexcentorum Pontificum concordibus animis ac ſententiis Arianam Sectam comprobarat) quarum ſempiterna eſt natura, quæ omnium animis ac mentibus aſſenſione certiſſimâ hærere debent, probabilibus argumentis in dubium revocare? Nihil eſt enim tam firmum ac ſtabile (niſi demonſtratione clariſſima minimeq; dubiâ nitatur) quod argumentorum vi ſubverti non poſſit.* At ſi verum, ex Deo eſt, ἀδιάλυτον eſt Act. 5. ſin? meritò ſolvitur. *Extat Lycurgi Lex antiquiſſima, quam Florentini diſputatores omnium acutiſſimi in populari ſtatu juſſerunt; Ne ſcilicet de legibus ſemel receptis ac probatis diſſerere liceret.* Etiamne de legibus barbaricis, ferocibus, ipſi naturæ adverſis, ſi quis bonus Rex eas reformare vellet? an legitimè ad Leones damnatus eſt Daniel per leges Perſicas mutari neſcias? quò ruis Bodine? *Intellexit vir Sapientiſſimus, leges diſputatas in dubium revocari; dubutationem verò iniuſtitiæ opinionem afferre: ex quo legum ac magiſtratuum contemtum & Reipublicæ interitum ſequi neceſſe eſt.* honorem dicere debuiſti, cum qui DEUM honorat, honoris à DEO remunerationem ſperare debeat. DEO ſervire, regnare eſt. Stet vero, ſtet hoc in rebus

bus ſeculi, an etiam in rebus ævi? *Quod ſi Philoſophi ac Mathematici ſuarum diſciplinarum principia in diſputationem revocari non patiuntur, quæ dementia eſt de religionibus non modò privatim ſed etiam* publicè diſputare velle? auſi tamen hoc ſunt *Copernicus, Galilæus de Galilæis, Campanella, alij. Quare prudenter Orientis & Africæ populi ipſiq; Hiſpaniarum reges de religionibus diſſerere Sanctiſſimè prohibuerunt. Et cum Moſchoviæ populi, qui Græcorum ritus probarunt, variè de religionibus ſentirent, ac ſeditioſis concionibus in Sectas diſtraherentur, rex Moſchovitarum ne quis de religione diſſereret capitali pœna ſanxit: ſed curionibus ac Pontificibus exhibuit librum, quo quid cuique de rebus divinis perſuaſum eſſe vellet, continebatur, ut eum populo ad legendum & ad intuendum proponerent, capitis pœnâ ſubiecta, ſi quid ullius interpretatione additum detractumve eſſet.* Barbare iſta! politiori orbi ac ſaniori non præſcribunt. nec longè abit à Bodino *I. Lipſius* l. 4. polit. c. 3. n. 14. ubi hæc annotat ad verba *Diſputare omnes malunt, quàm vivere. Diſputationes ergo damno? non: ſi in loco, ſi inter idoneos, ſi eum modo uſurpatæ. Locum cenſeo, Scholas, Academias, Collegia, an etiam, templa, ſuggeſtus? Idoneos: rerum Sacrarum & Philoſophiæ item peritos. Modum ut contentio & nimia ſubtilitas abſint.* forte ne mucro habeat acumen? *Nec enim quicquam minus convenit,*

 quam

*quam ſubdola iſta calliditas, animis conantibus magna.* Seneca epiſt. 49. fin. *Sed in publico & in populo diſputationes omnes valde improbem.* At veritas lucem non fugit; arcana Numinis non ſunt tegenda ſed detegenda ac palàm à tenebris vindicanda. Laudat ibidem Turcas & Moſchos. *Sed & Turcæ & Moſchi hac parte ſapiunt: apud quos de religione Sacrisq; diſputare, capitale eſt:* cur non & Noctuas Judaicas in exemplum producit? nam his Apoſtatis pariter perſuaſit primus Apoſtata aſymbolian; ex Rabbinorum inſtituto Tryphon apud Juſtinum prohiberi ſe dicebat, *μηδενὶ τῶν χριστιανῶν ὁμιλεῖν, μηδὲ τούτων κοινῆσαι τῶν λόγων.* His accenſeri quoq; poſſunt, qui ante deprældiatum prœlium nimis citò vel calamo ſuo & linguæ victoriam inſcribunt; vel moræ impatientes, receptui canere jubent, abrumpunt telam nondum pertextam ac Aletheam abortire cogunt, favorem partis ſuccubituræ antehabentes gloriæ Numinis. Hinc interdicta de non reſpondendo ad obiecta; de prælo non amplius fatigando; Cum rectius edicta præſcriberentur de pergendo, ut inclareſcat tandem nobile verum; & palinodia Eccleſiam liberet ab ulteriori animarum periculo.

§. 4. *Subtiliores* ſunt ipſius ſubtilitatis Oſores. Talis *Rami olivæ ſeptentrionalis auctor*; qui in baccâ tertia invectus eſt in eos, *qui antiquã*

*ſimpli-*

*ſimplicitatem, ſimplicemq́ antiquitatem faſtidiunt, nec in bene repertis, ac ſimpliciter ex ſimplici Scriptura veritate deductis, (quod ſegnitiem putant, & quaſi idiotiſmi & trivialis ſcientiæ damnant) acquieſcunt.* Eſt omninò ſubtilitas, Inſigne DEI ac rarum chariſma, quo Apoſtoli craſſi pridem & pingues Galilæi, igne pentecoſtali ſublimati, non plumbeis pugionibus, ſed politiſſimè acutis ſic pugnarunt, ut expugnarint & depugnarint. Sicut aqua terrâ, aër aquâ, ignis aëre, cœlum igne, ſpiritus alembico elicitus nobilior eſt purior & efficacior; ita & ingenium quo ſubtilius eſt hoc penetrantius. At vix aliud hodie contemtius ac vellicationibus magis eſt expoſitum, adde & violentæ πνευματοσβέσει. Quò quis pinguior, hoc in diſputandi ſubtilitatem apud populum declamat, debacchatur, furit audacius: alter ſc. Cresconius. dic aliquid de myſterio SS. Trinitatis, ac œconomiâ trium perſonarum in ſalutis noſtræ negotio operoſæ, unde φιλανθρωπία divina elucęſcit; de communicatione idiomatum, de maieſtate omnipræſentiæ carnis Chriſti, de unione myſtica, de modo præſentię Sacramentalis revelato, de gratiæ efficaciâ, de formali juſtificationis causâ, ac ſimilibus, ſucci pleniſſimis, ſi rectè emulgeantur, myſteriis; ſurdo fabulam dices; Pilatinum illud reboari audies, *Quid*

*veritas?* quid ad nos iſta ſubtilia; ſimplicia malumus, h.e. jeiuna, nuda, rudia: ita Aſinii, Porci, Bruti; qui interea fœnum ſuum ſecurè depaſcunt, at ſi propius accedas, cornu feriunt. *Quid eſt veritas?* ait Sacrilega lingua Sannionis Impudentiſſimi Pontii Pilati in veritatem ipſam effreniſſimè diſtricta. Quantum chartæ ſepiæque parceretur, ſi acutius hactenus quàm prolixius diſputatum fuiſſet? Remigat inter, hinc craſſum ſtuporem, Gallionicum ſupercilium in magiſtratibus, Idioticam ſimplicitatem in Miniſtris Eccleſiæ; Brutalem ignorantiam in populo (Tres peſtes heu quam exitioſas! Quæ ſi prævaleant, Aſinus cruce ſignatus Rex erit, juxta Apologum Lutheri tom. 1. Isleb. p. 421.) illinc Acuminis à Numinis gloriâ averſi abuſum & rixandi pruriginem, quem in ſe deplorat *Auguſtinus* l. 4. confeſſ. cap. 16. *Celeritas intelligendi, & dicendi acumen donum tuum eſt, ô DEUS! ſed non inde ſacrificabam tibi. Itaque mihi non ad uſum ſed ad perniciem magis valebat.* at abuſus vero uſui, prurigo indagini veritatis fraudi eſſe non debebat. Sed & declamatio juſto ac neceſſario verboſior, diarrœa linguæ ſtylive affluentior, omnisque περιεργεία ſufflamen eſt Aletheæ inviſum.

Iterare hîc juvat quod in quadam Homilia Academicâ declamavimus. Ad ſolos, inquies, Doctores iſta ſubtilia ac inutilia, ludant

dant illi ut ſpiculatores Pilati de tunicâ Chriſti inconſutili: cui bono malove ego homo ſecularis iſta vel ſciam vel neſciam? fruantur ſuâ inſaniâ qui hoc in myſterio delirant: quid ad Laicos talia? quis inde abibit vel religioſior vel ſolatii plenior? Id eſt, ô Homo, quod clam gemitu, quod palàm in corona queſtibus proſequimur; te ſecularem eſſe, ſolique ſeculo ſtudere, ævi incurium, ô te miſerum, ſed non amplius miſerabilem, cum Iudex dicit, non novi vos, quia me noſſe noluiſtis. Fac nihil hîc tibi ſeri metive, annon ἀκοίλλες ac turpe (Cyrillo utor) ut cum in rebus huius vitæ curandis nihil negligas, res viciſſim adeò ſacras contemnas: addo, intima Rerumpubl. arcana ſcruteris, cœleſtia ſusque habeas: nolis acceptare revelationes, quibus DEVS ſuos intimæ admiſſionis Amicos ornat; faſtidire, quod cœlites exhilarat, τὸ παρακύψαι? nefas olim fuit & capitale Sacrarium Arcæ, legis archivum, gloriam Iſraelis reſignare, denudare ac introſpicere; nunc vero fas eſt velo diſciſſo, publice εἰς προσαγωγίαν omnibus expoſitum propitiatorium, oculis fidelibus quaſi devorare, aut haurire corde ut ſpeculo ſplendores gloriæ Domini in Evangelio retectæ. ad Laudes Domino de nobis tam præclarè merito, ut nemo unquam melior, jugiter dicendas, eiusque beneficia deprædicanda ſumus creati, redemti, conſecrati: quomodo vero laudabis ô Simpliciane, niſi æſtimes? quomodo æſtimabis, ô ſomniculoſe, niſi admireris? quomodo miraberis, ô tui oblivioſe, niſi quod ad ſalutem tuam eſt patefactum, oculo illuminato intueare? nunquam Magnetem miratus fuiſſet Auguſtinus, niſi eius mirabiles operationes coràm vidiſſet, etſi profunda cauſarum & qualitatum occultarum cubicula perveſtigare nequiverit. Ita nunquam admiraberis τὸ διότι, niſi cognoveris τὸ ὅτι: Quis eris, cum myſterii natalitii omnino rudis, in Eccleſiâ cantillabis: Gottes Wort blühet ein Frucht Weibes fleiſch/ das ſich wundert alle Welt: die kein Mann rührt noch erkant/ von Gottes Wort man ſchwanger fand. Der Schöpffer aller Ding im Hew mit Armut groß/ die Krippen hart ihn nicht verdroß/ Es war ein kleine Milch ſein (deß Schöpffers) Speyß/ der nie kein Vöglin hungern ließ. Gottes Sohn von Himmelreich über die Nature/ von einer Jungfraw iſt gebohren/ Maria du biſt außerkorn/ daß du Mutter werdeſt. Deß Ewigen Vatters einig Kind/ ietzt man in der Krippen find/ den

aller

aller Welt Kreyß nie beſchloß/ der ligt in Marien Schoß &c. Quis inquam eris, qui talia & tanta ſine ſenſu ac ſolido intellectu ſuccantillabis? Pſittacus. Cæterum eſt hoc myſterium propoſitum non ad ſolam contemplationem, ſed ad Euſebien,adq; ſolatiorum mellitiſſimos ſuccos, dummodo ſint, qui eliquare iſtos,exugere ac propinare debitâ dexteritate poſſint. Ad Euſebien pertinet quod perpurgata corda è ſemine verbi cùm auditi, tùm viſi incorruptibili,fide recta concipere Chriſtum, cuius non minus matres fieri poſſumus, quàm facta eſt B Virgo, felicior Mater cum corde concepit,quàm cùm utero. Ad eandem natalitiam pietatem referenda eſt concepti in corde Chriſti nativitas, facta ore per devotas myſteriorum divinorum celebrationes, facta opere per ſanctimoniam de concepto intus Chriſto foris teſtantem, per ipſiſſimos Chriſti mores, virtutum exempla, ac monimenta miſericordiæ, manſuetudinis, humilitatis, obedientiæ: in id enim Apoſtolus ſuos Galatas parturiit ut Chriſtus in ipſis formetur, atque his fructibus in lucem edatur.

Quantum damni Aaron לשמצה durch ein Geſchwätz dedit, tantum Moſes acutâ brachyologiâ boni reddidit. Quæ methodus dialectica brevis, accurata, verborum parca, pugno evincit; ea Rhetorica multiloquentiâ, otioſâ verborum prodigalitate, palmâ demulcet, *nec ſuadet docendo ſed docet ſuadendo* (quod in *Valentinianis Tertullianus* notat) abſque victoriæ fructu.

Elegans extat Apologus huc referendus in Mythol. Chriſtian. *D.Valent. Andreæ* pag. 126. Conciliatores, quos urbis reformatio dederat, ut inſigne aliquod facinus ederent, quoscunque diſſidentes noverant,ad unum omnes convocarunt. Nec abfuerunt illi; ſed magno numero confluxerunt,Thomas cum Scoto, Bartolus cum Baldo, Reuchlinus cum Hogoſtrato, Eraſmus cum Hutteno, Lutherus cum Zvvinglio, Caſtellio cum Beza, Galenus cum Theophraſto, Ariſtoteles cum Ramo, Scheccius cum Fuxio, Bodinus cum Wiero, Scaliger cum Cardano, Cruſius

ſius cum Friſchlino, Melanchthon cum Weigelio, Chemnitius cum Bellarmino, Flaccius cum Baronio, Cuiacius cum Roberto, Sleidanus cum Surio; Hilligerus cum Fabro, Bachovius cum Treutlero, Bartaſtus cum Gamone, præter infinitos alios, quos ſingulos accuſationes, defenſionesque mutuas quàm pauciſſimis verbis comprehenſas exhibere voluerunt. At dum pagellas illi, & breves ſententias expectant, hi vaſta volumina offerunt, quibus perlegendis ſex annorum millia non ſufficerent; petieruntque ut hanc ſuæ ſententiæ ſummam explicare illis fuſius aliquando liceat. Quæ ubi in prægrandem ſtruem congeſta ſunt, conciliatores ſumto vultu bene ſperare ſingulos, & ad indicendum alium diem redire juſſerunt, ipſis interea hæc ut diiudicentur, curæ fore. At ubi primùm partes diffluxere, nemo conciliatorum poſthac unquam viſus eſt.

Accedit quandoque Sanctitatis perſuaſio è diſputandi repulsâ eorum, qui Creſconii illud in ore calamoque ferunt ab Auguſt. notatum l. 1. contra Creſcon. c. 3. *Inſtare me dicis & provocare ſemper ut ad dignoſcendam veri quæſtionem mecum veſtri diſceptent, ſed veſtros prudentiùs ac patientius tacere, qui in Eccleſiâ tātum quæ in lege mandata ſunt populos docent nec nobis reſpondere curant.* Sic olim *Paulinus Nolanus* (id quod in eius vita Roſvveydus notavit) *vetuit Severum vel diſputare cum ijs, qui conſilia perfectionis Chriſtianæ reprehendant, ut quæ non ratione humanâ defendenda ſint, cum auctoritate nitantur divinâ. Aprum admonet, talia odia & convitia vivendo melius quàm loquendo revinci. Si ſtultum, inquit, putant eſſe quod gerimus, gratulare conſcius tibi quia opus* DEI *& præceptum Chriſti geris; & remineſcere, quoniam ſtulta mundi elegit* DEUS *ut confundat*

*fundat ſapientia: & quoniam, quod ſtultum eſt* DEI, *ſapientius eſt hominibus.*&c. at ſi ſancta fuit repulſa Paulini, non Sancta fuerit admiſſio & repercuſſio Chriſti. Idem *Paulinus ad Auguſtinum* ep.44. ita reſcripſit: *Quæ vero poſt reſurrectionem carnis in illo ſæculo Beatorum futura ſit actio noſtra, tu me interrogare dignatus es. At ego de præſenti vitæ meæ ſtatu & medicum & magiſtrum ſpiritualem conſulo, ut doceas me facere voluntatem* DEI, *tuisq; veſtigiis ambulare poſt Chriſtum: & mortem iſtam Evangelicam priùs emori, quâ carnalem reſolutionem voluntario præveniamus exceſſu; non obitu ſed ſententiâ recedentes ab huius ſæculi vita, quæ tota tentationum plena; vel, ut tu aliquando ad me locutus es, tota tentatio eſt.* Nec tamen diſputatione carere potuit (ipſo fatente Roſvveyd in eius vitâ pag. 738.) *Auguſtinus ut Paulino* morem gereret, qui ſciſcitatus erat, ecquid prodeſſet apud Sanctorum humari corpora, librum edidit, qui extat de cura gerenda pro mortuis. Ad eundem eſt par *libro ſane ponderoſa epiſtola adverſus Pelagianos: Cuius idem in libro de Bono perſeverantiæ, & Proſper adverſus Collatorem meminere. Hanc autem ſcripſit propterea, quòd Nolæ audierat eſſe Pelagianos adeo pertinaces, ut citiùs ipſum Pelagium, ſi Catholicis (quod ſimulaverat) conſentiret, quàm hauſtam jam animo eius hæreſin deſerturos ferrent.* Ergò qui

muni-

*munitior Paulinus ad expugnandam hominum pertinaciam, & redarguendos errores fieret, Auguſtinus (ſi quid poſſet) adminiculi ſuggerendum putavit, ut ipſemet ſub finem teſtatur.* Haut longè abſunt à Paulini opinione, qui in *Arndiana* ſcripta præ amore furunt; Arndio ipſi ſuas admetior laudes quas eidem D. Gerhardus etiam admenſus: non exaggero, non recoquo aliorum monita. Dummodo hoc ſcire velint Arndiani, non ſufficere eius ſcripta ad ſolidam pietatem, adq; ſuccos Evangelicos è myſteriis fidei (quale e.g. myſterium τῆς εὐσεβείας μέγα ἐνσαρκώσεως 1. Timoth. 3.) atq; hinc generoſos fructus eliciẽdos; quos longe dexterius, purius, ſolidius in commentariis ſuis in Moſen, Pſalmos, Prophetas cœleſti nectare plenis deduxit Magnus Lutherus, ab ingrato licet orbe faſtiditis, invenias: Deſiderari adhuc ad pietatis lucem ac ἀσφάλειαν conſcientiæ informationẽ in mille caſibus, qui cruciare poſſunt conſcientiam non omnino abdicatã, inexpeditis, ut certus ſis pietatem revera eſſe quam ſimulas; nec ſolum ſcias τὸ ὅτι quod oporteat pium eſſe, ſed & ὡς δεῖ quomodo oporteat?) ne præpoſtero conſilio fructus colligantur ante plantatam in corde arborem.

§. 5. Ad ἐπλήματι referimus noſtratium nonnulla ætemata 1. Prudenter hodiè à diſ-

putan-

putando abſtineri poſſe, inque vaginâ gladium recondi debere, ne Titanes irritentur; ſcil. ne fortis armatus turbetur in ſuã poſſeſſione, ut lupus impune graſſari poſſit, heu quam carnale conſilium; aiunt omnes errores jam eſſe debellatos. Fuit, qui collegit catalogum per omnes controverſias fidei, jam à noſtratibus confutatas; quaſi velitationes ad juſtam debellationem ſufficiant; quaſi nihil reſtet ad culicem: quaſi capite hydræ lernæo amputato aliud non ſuccederet: quaſi τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ omnia ſint exhauſta. 2. ad formam Syllogiſticam Theologum non teneri: id quod in *Valeriano M. Capucin.* malim notare, quam in alio. *volo* (ait c.3. Reſp. ad D. Maior.) *Tibi ſignificare, me ex induſtriâ abſtinuiſſe à ſyllogiſmo Categorico, ut conſulerem illis, qui in Logica non ſunt verſati: qui cum naturaliter citra artem, plerasq́ue argumentandi formas adhibeant, ſolum videntur ignorare ſyllogiſmum categoricum, quem ego tamen ſatis intelligo.* En lucifugum! Categoricus Syllogiſmus, id eſt in afficiendo intellectu, quod lumen, quo Diaphanum illuſtratur in viſu. Quem cum *Fonſeca* l.6. Inſtit. Dial. c.21. deſcribit, laudat his verbis: *Perfectus Syllogiſmus dicitur is, qui nulla re indiget, ut colligendi neceſſitas ſit evidens, hoc eſt, qui adeo perſpicue ex neceſſitate colligit, ut nulla ſit opus arte ad id oſtendendum.*

*Huius*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id368008495/372 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*Huius generis ſunt omnes ac ſoli directè concludentes in prima figura: qui propterea dicuntur per ſe noti, ac indemonſtrabiles: quod in his abſq; ullo modo exerceatur vis duorum quorundam principiorum, ipſo naturali lumine intellectus perſpectorum ac evidentium: è quibus omnis colligendi ratio, quæ in quacunq; argumentatione cernitur, quaſi è puriſsimis fontibus emanat.* Huiusmodi ſerenitatem neglectui habere, eſt in turbido piſcari malle quàm in claro. quis tam bardus eſt, ut malit credere, facilius intelligi, perſpiciq; ab Logicæ imperitis vim & nervum conſequentię in formis nonnullis imperfectis, quàm in eo Syllogiſmo, in quo concluſio ἐξ ἀνάγκης, & Dictum de Omni & Nullo tam clarè (ut Fonſecam modo loquentem audivimus) *ad oculum patent, ut nullâ ſit opus arte ad id oſtendendum.* Utut enim facile crediderim artis ignaros, non poſſe ipſum Syllogiſmi artificium diſtinctè indicare, vel ſi forma alicubi laboret, vitium quo ſit peccatum ex ipſis regulis oſtendere; non dubito tamen quin ipſius argumenti conſequentiam vel inconſequentiam, non qualis, & in quo momento conſiſtat, ſed an ſit? longè apertiùs in categorico ſyllogiſmo, quàm in quocunq; alio, unusquisq; deprehendere poſſit. haut ſtultè ſapiunt, qui ſic cavẽt, ne arenis ſine calce aſperſis ſua furta deprændantur. Quivis

 diſpu-

diſputator eſt ſui antagoniſtæ debitor ad laqueum ſyllogiſticum vel ferendum vel ſolvendum. III. *Scripturam nudè obiectandam adverſario absque nexu conſequentiæ.* At ſic pari ratione in concionibus è ſuggeſtu dicta ſcripturæ dictis eſſent concatenanda, ῥητῶς omnia ſine dianæâ: lapis lapidi conjungendus eſſet absque calce, cæmento, clavisq;, excipe ſophiſticam conſequentiarum exactionem, temporis frugisque perdam, in re clariſſimâ, quam in Colloquio Badenſi anno 1589. caſtigavit Jacobus Andreæ p. 304. Es hat vns / wie menniglich / ſo Auditores geweſen / an D. Piſtorio mißfallen / daß er geſterigs Tags wie auch heut den gantzen Tag vns mit ſeiner Dialectica auffgehalten / daß wir nicht zu der Sach kommen können / darumb es fürnemlich zuthun / was die Catholiſche Kirche / vnd welches theils Prediger davon abgefallen / vnd ihre Zuhörer davon abweiſen. Solchem verdrüßlichen Auffzug zu fürkommen / haben E. F. G. wir vnterthänig gebetten / vnd heimgeſtellt / die Sach alſo anzuordnen / wann die Sprüche Heiliger Schrifft lauter vnd klar ſeind / ſeine vnnotwendige geſtellte conſequentias abſtelle / vnd auff den Spruch auß Heiliger Schrifft ein klare / richtige Antwort gebe: Ob ſolcher Verſtandt / den wir angezeigt / darinn begriffen / vnd vnſer Lehr damit erwieſen ſey oder nicht?

IV. *Philo-*

IV. *Philoſophum in Niceno Concilio à Sene quodam Chriſtiano ſimplice abſq; Syllogiſmis, per ſolã fidei confeßionem converſum.* Hiſtoriam exhibet *Sozom.* l.1.c.17. (confer *Socrat.* l.1.c.5. *Rufin.* l.1.c.3.) *Fertur, quod cum quidam illorum* (philoſophorũ) *præ inſolenti dicendi arrogantiâ ſe inaniter jactaret, & Sacerdotes petulanter irrideret: Senex quidam ſimplex, ex illuſtrium confeſſorum numero, ſuperbiam eius non tulerit. Qui tametſi ineptæ ſubtilitatis & præſtigiarum penitus expers erat, tamen cum eo diſputare cœpit. At cum hæc res petulantibus qui confeſſorem ſimplicem eſſe cognoſcebant, riſum moveret quidem: at modeſtis injiceret timorem, qui veriti ſunt, ne cum viro dicendi perito congreſſus, haberetur pro ludibrio, tamen cum facultas illi, (cui, cum talis & tàm provectæ ætatis eſſet, pudor erat reſiſtere) data eſſet liberè, quæ vellet, eloquendi: In nomine Ieſu Chriſti, inquit, philoſophe audito. Vnus eſt DEVS, cœli, terræ & omnium rerum tam oculis ſubiectarum, quam eorum aciem fugientem opifex: qui hæc omnia & virtute verbi fabricatus eſt, & ſacrato Spiritus Sancti afflatu ſtabilivit. Quare hic Sermo, inquit, quem nos filium DEI nuncupamus, miſertus humani erroris, & belluinæ vivendi rationis, ex virgine naſci, cum hominibus una verſari, proq; eiudem mortem oppetere voluit. Eſt quoque iterum venturus, de ijs rebus quas quiſque geſſerit in vita dicturus ſententiam. Iſta ita ſe haberi, ſine*

*ulla alia curioſa indagatione pro certo credimus. Noli ergo in his quæ fide duntaxat rectè intelliguntur, curiosè refutandis laborem fruſtra conſumere, quærereve qui iſta fieri aut non fieri poſſint. Quod ſi credis, mihi quædam ſciſcitanti, reſponde. Quibus obſtupefactus philoſophus, Credo, inquit. Et gratijs illi actis, quod ipſum deviciſſet, non ſolum eadem cum ſene ipſe ſentire, verum etiam conſilium dare cœpit illis, qui perinde erga fidem Chriſtianam, atque ipſe ante affecti erant, ut jam doctrinæ Chriſtianæ aſſentirentur: atq; Iusiurandum adiecit, ſe non modo non ſine numine divino mutatum eſſe, ſed etiam ac vi virtute quadam inexplicabili ad religionem Chriſtianam converſum.* producitur hæc hiſtoriâ à *D. Dieterico* in Eccleſ. 6. conc. 2. p. 860. à Ludov. Dunte in deciſ. caſ. conſc. p. 729. Ubi audis diſputaſſe Senem: audis θεῖόν τι interveniſſe ac miraculum: confeſſum, ſe ἀφράστῳ τινι δυνάμει χριστιανισμοῦ προτραπέντα, οὐκ ἀθεεὶ μεταθεῖσθαι: *vi quadam quæ nullis poſſit verbis exprimi motum, ut Chriſtianus fieret, non absq; DEO eſſe mutatum.* audis ſiderationem divinam; audis hominem attonitum, ſicut Saulem in viâ Damaſcenâ. Eccur autē non additur altera diſputatio *Phœdonis Philoſophi*, (apud *Gelas. Cyzicenum*) argumentis convicti, illuminati, converſi. Sed quid ſequitur? plus ſimplicitate adialecticâ profici in converſione quàm ſubtilitate Syllogiſticâ.

Con-

Concedo, ſi DEUS velit miraculo convertere; nego, ſi ordinariè. Si valeat ex eventu accidentario colligere, ad ſubtilitatis dialecticæ ordinariæ virtutem enervandam, licebit ad eandem, ex eventu converſionis, ex cabaliſticâ congruentiâ inconſequenti. exemplum præbuit Schickardus in Bechinat Happeruſch. p. 102. Exemplũ, aiés, nobis eſto Judaicus ille Sacerdos Theodorus, Genuenſis Italus, poſtea Ludovicus Carret denominatus, Pariſiis olim, avorum memoriâ, Medicum agens; qui poſt DEI O. M. liberaliſſimam gratiam, hac certè ſolâ ratione ad Chriſtianiſmum converſus erat, quod benedictum Salvatoris nomen ישו octot ſtructuris & dimenſionibus ſacris, occultè quaſi inſcriptum, totque de Meſſiâ loquentibus dictis, Cabaliſtico modo intextum eſſe viderat: ut ſupra tetigi. imò ipſam tricipitem literam ש quæ in eo nomine media eſt, SS. Trinitatis myſterium repræſentare credebat. Sum̃a, quod in Gram̃aticâ ſingulæ radices tribus tantũ literis non pluribus, nec paucioribus conſtant; quod in Geometria tres tantum corporum dimenſiones non plures nec pauciores reperiuntur; quod in Muſica tres tantum voces conſonant; hæc omnia clariſſima Sacratiſſimæ Triados veſtigia interpretatus eſt. Quid? ſi quis dicat fabulam non hiſtoriam eſſe,
 quod

quod de Philoſopho Niceno narratum eſt, ſimilem ei, quam de Chryſantho memorat Baronius? an enim Senex ille Chriſto & Paulo felicior, qui non vi ſideratrice, ſed argumentis adverſarios vicere?

# PARÆNESIS.

EXurgite ergo IRENOPHILI Sinceri, ac gladium Spiritus vobis vindicate, ut quam ille viam fecerit ad pacis religioſæ theſauros aperiendos, reperiatis. Exurgite Proceres & Eccleſiæ cuſtodes! *attollite portæ capita veſtra, attollite oſtia ſeculi ut ingrediatur Rex gloriæ. Accingite gladium veſtrum Heroes ſuper femur*; ac verbo veritatis penetrate: (*a*) redimite ſepulchrum Domini h.e. S. literas in quibus veritas jacet ſepulta,

*a*) Luth. tom. 2. lat. p. 467 2. f. Celebris eſt in terris iſtis, me puero, ſæpe cantata prophetia, Eſſe redimendum Sepulchrum Dominicum per Fridericum Imperatorem (de quo idem Lutherus tom. 2. lat. p. 322.) Formidabile nomen eſt inprimis tuum Illuſtriſſime Friderice Elector, Princeps, qui ſacris literis, non modo incomparabili ſtudio & faves & inhias, ſed ita formatus es, ut nulli Theologo, vel ter maximo, non queas negocium faceſſere, ſi quæſtiones duntaxat movere incipias, tantum abeſt, ut Romanenſes fucis & nugis Bullarum ſuarum tibi imponant, aut impiis ſuperſtitionum legibus irretire queant, quo tamen craſſo ludibrio, nullum Epiſcopum non penitus dementant hodie. Et ut prophetiarum, quæ pro obſcuritate ante implentur, quam intelliguntur, tum longè in aliud ſpectant quàm vulgò ſonant, videtur mihi & iſta, in hoc Friderico noſtro impleta. Quod enim ſepulchrum Domini rectius intelligas, quam divinam Scripturam? in quâ veritas Chriſti, per Papiſtas occiſa, ſepulta jacuit? cuſtodientibus militibus, id eſt Mendicantium ordinibus & pravitatis hæreticæ inquiſitoribus, ne diſcipulorum quisquam eam raperet, Nam ſepul-

pulchrum illud corporale quod Saraceni tenent, non magis eſt curæ DEO, quam boves illi eſſe curæ, Paulus dicit. Negari autem non poteſt apud vos ſub Friderico iſto, ſcripturæ vivam veritatem refloruiſſe. Quid ſi ego glorier, me vel Angelum, vel Magdalenam fuiſſe? At movet forte, quod Imperator non ſit. At quantum ſatis eſt ad implendam prophetiam? Nonne in Comitiis Electorum, concordibus ſuffragiis & deſignatus, & petitus eſt in Imperatorem? Etatque vere Imperator, niſi noluiſſet. Apud DEVM nihil refert, quamdiu fuerit Imperator, modo fuerit aliquando.

à Saracenorum manibus, ſynaſpiſmo præ ſyncretiſmo favete: illum præ hoc fovete: curate gladium verbi divini, acuere, polire, tractare diſcant ſacris functionibus initiati, ad bella Domini debellanda. *pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me vero non ſemper habebitis,* ait Dominus Matth. 26. 11. hoc eſt, mendicabula poſtillorum ſemper habebitis, ô proceres Chriſtiani, ſed ad bella ſacra idoneos non ſemper. quâ conſcientiâ audire, mirari, laudare poteſtis Baalitarum greges, quos alit Romana Jezabel? qua fronte publico luxui & faſtui inſtrumenta præbere; nulla interim invenire alimenta & excitamenta pro ingeniis decoris ad prœlia ſacra expeditis? Quid reſpondebitis ſummo Judici? Expergiſcimini Eccleſiæ vigiles. Vultis ſcire, unde ſint veſtri favores, quod in roſis ſedeatis, ſecundâ Magnatum utamini gratia? nihil peccatis in Diabolum. hinc quies. expergiſcimini & Sathanæ obſiſtite ut fiatis Servi Chriſti, Socii Jeſu. Nemini hodie

licet, ut in publico incendio, ὐδετέρῳ εἶναι; nemo noſtrûm ſibi, urbi ac tempori, omnes orbi ac ævo nati ſumus: in publicum hoſtem omnis civis miles eſto. Seculum fuit ſub illud barbariei nocte, in quo licuit impunius errare: nunc ſeculum eſt quo die patefacto bene uti oportet. inſtat ſeculorum finis, ubi de talento occupato, an otioſo? reddenda erit ratio & ſolidiſſima & rigidiſſima. Omnibus dictum eſt, vigilate, pugnate; omnibus, arcete lupum, ſuo quisque ingenio, arte, marte, contentione. Ἀνθρωπαρεσκεία veſtra quâ dies hominum, famam, aurum & aures, captatis ac vobis conciliatis, non ſtabit in judicio extremo: dum coronam veſtram hîc quæritis, nulla vos illîc manet corona, quia nullus agon præceſſit: opiniones veſtras clam habitas, diluet palàm dies noctium omnium revelator. Exurgite ſcholarum Doctores. parum eſt diſputationibus frequentare ac auditoria fatigare, niſi aſſuefaciatis diſcipulos veſtros ut rectè, limatè, nervosè diſputare poſſint velintque: ne ſint logici nugaces in actu ſignato; in exercito infantes, informes, nulli: Inſtituite in palæſtra bonarum mentium συγγυμνασίας ὁμιλίας (ut appellat Sapiens Hebræus Sap. 8. 18.) ad expeditionem in ſerio certamine: nec in ſolis abſtractivis illis numeris α. β. γ. (a) inaniter verſandis,

ſandis, aut in canonibus logicis extricandis omne tempus conſumite; ſed quod orthotomiæ Magiſtri faciunt, in cibis ipſis & carnibus ſucculentis, non oſſibus aridis, ac figuris ciborum tornatis, vos exercete; diſputate non de arte ſed ex arte: h.e. exempla Analyſεως logicæ proponite, docete ubi in hoc vel illo colloquio aut ſcripto, certamine, erratum fuerit, ut faciant aliena pericula cautos. Exemplorum & thematum abunde eſt in omni commentariorum, dialogorum, ſcriptorum copiâ.

*a*) Nemo artifex (inquit *Valent. Andr.* in Repub. Chriſtianopolit. p. 126.) gnomonem tantùm, aut libellam jactat, niſi operis aliquid ſui extet.

die Kunſt Dialectica beſtehet nicht in regulis allein / ſondern in Werck vnd Exempeln wie M. Philipp. iſt / der beyde Wort vnd Sachen handelt / nicht wie Ariſtoteles / Omne A. eſt B. omne B. eſt C. Ergo &c.

## APPENDIX DIALOGICA *DE PACE ECCLESIArum prudenter ineundâ & tuendâ.*

inter

CHRISTOPHILUM & KOSmophilum, Viros politicos.

COSM. Deſæviit Acinaces Barbarus, poſuere

ſuere furores efferati, rabies edomita ceſſit: nondum tamen eheu! deſæviit gladius oris calumniis ferox, nondum poſuere ſtyli ſtygiis tincti torrentibus, nondum rabies Theologorum pro veritate cœleſti, ut aiunt, pugnantium, in veritatem cœleſtem confodiendam; ultro citroque ſe invicem dilaniantium, Canibalum & Tovoupinambaultiorum, quam politiorum hominum commercio, magis digniorum.

CHRIST. Hoc non eſt ſapienter lamentari, ſed impotenter debacchari, lutum luto purgare, Zelum pium cum œſtro furoris confundere. Coerceatur gladius oris Draconii: celebretur GLADIUS ORIS DOMINICI. Vale illi dicatur, huic Ave: Obex illi obſtruatur, commeatus huic præbeatur; quamque ad pacis Eccleſiaſticæ aucupium ſtruit viam, pedibus ineatur haut pigris. Videris me provocare voluiſſe! compareo lubens, Age conferamus inter nos de hoc argumento arduo ſententias, ut privati, procul tamen affectibus ac partium ſtudio indecoro.

COSM. Accipio conditionem. Pacem nominaſti eccleſiaſticam. Quid hac dulcius? quid aliud tot hactenus votis ac ſuſpiriis mille millenis hiavit patria?

CHRIST. Equidem pacẽ nominavi, ſed non cuiuslibet quamlibet, ſed quæ CHRISTI

STI

STI eſt, unam, veram, bonam; non crudam ſed igne-SPIRITU probe coctam: non inſulſam ſed ſale conditam. Pax fuit quam primæ noſtræ matri ſerpens captioſè obtulit: pax fuit, qua florente, Sodoma facta eſt cinis: pax fuit, quam laudauit Roma. *Tantum inquiens* (apud *Auguſtin.* l. 2. Civ. DEI c. 20. p. 109.) *ſtet, inquiunt, tantum floreat copiis referta, victoriis glorioſa vel quod eſt felicius, pace ſecura ſit. Extruantur ampliſſimæ atq; ornatiſſimæ domus, opipara convivia frequententur, ubi cuiq; libuerit, & potuerit die noctuq; ludatur, bibatur, vomatur, diffluatur. Saltationes undiq; concrepent, theatra inhoneſtæ lætitiæ vocibus, atq; omni genere ſive crudeliſſimæ, ſive turpiſſimæ voluptatis exæſtuent. Et ille ſit publicus inimicus, cui hæc felicitas diſplicet* &c. Pax fuit quam ventricolæ crucis hoſtes pſeudoapoſtoli procaciter ſunt conſectati: pax eſt, quam Dæmones ipſi, ſuimet regni tenaciſſimi, tenent. Ergóne ad ſolum pacis nomen omnes qui Chriſto meremur aſſurgemus? Ergo ſi pacem ambire debemus, debemus omnem, etiam impiam, etiam ſyncreticam? habete in vobis *ſalem & pacem*, ita monet Princeps pacis ipſe. Gloria in excelſis cantetur ante pacem in terris.

COSM. Pacis nomine quietem intelligo, quam precibus pro magiſtratu fundendis commendat *S. Apoſtolus*, ut tranquillam

& quie-

& quietam vitam vivamus cum omni pietate & veneratione.

CHRR. em bonam intelligis, ſive ſympolitiam in vita comuni & civili, ſive ſynkœnoniam in vero Numinis & ſenſu & cultu intelligas. Illius poſſeſſione ex imensâ cœli gratiâ fruimur; huius dulcedinem tam ardenter laudare non potes, ego ardentiùs illam amplector: nec in optanda illá, placanda, conſequendâ, ulli mortalium cedo.

COSM. Quam verò tu mihi *ſyncreticam* narras pacem? novi nominis monſtrũ. Hoc eſt quod conqueruntur, *ſyncretiſtarum ſe* nomine diffamari, quibus pax cordi eſt.

CHR. Virtutem culpas cum nominis impoſitionem culpas. Sapientiæ Adamicæ ſpecimen fuit nominibus beſtias deſignare; tibi crimen videtur, feram è Cretâ in germaniam advectam, ſuo appellare nomine. cavendum profecto ne vera rerum nomina amittamus. nominari nolunt, qui lucem fugiunt. Quid vero? an tu nomen negare audes cuius definitionem tui præbent. Placuit nomen *Pareo* in Iren. à quo *ſyncretiſmus pius*, *Ioh. Crocio*, à quo, *ſanctus* vocatur in dedic. comm. proteſt. paci ſacr. Placuit res nominis Pſeudo Apoſtolis, Arianis, Papiſtis, Reformatis, Arminianis, Socinianis, Ambidextris aliis. Conſtat ille 1. *diviſione* hinc à Schiſmaticis Zelotis, Luthero,

thero, Brentio, Andreæ, Formulæ Concordiæ concinnatoribus; illinc Bellarmino, Gretſero, Tannero; Calvino itidem, Beza, Gomaro. 2. *Coniunctione Aſchiſmaticorum*, pacificorum, bonorum virorum temperanter, juſtè & piè viventium. 3. *Apocope* appendicum ſubſtantiæ fidei & dubiorum juxta annatorum, modorum in myſteriis, terminorum artis. 4. *Reductione* ad unum ἑνοποιὸν ſymbolum ſc. Apoſtolicum ſimpliciter juxtaque quinque ſecularem ſynodicam declarationem excluſivè intellectum. 5. *Amica communione* ad mutuam tolerantiam, elenchi ac anathematis ſecuram, omnia ad hoſtis extranei depulſionem compoſita.

COSM. Si hæc Syncretiſmi definitio eſt, nonne proba, nonne poſſibilis, nonne ſolida, nonne omnibus modis expetenda: nonne huiusmodi ſyſtaſis Reipub. ſalutem quærit, ſpirat, tuetur?

CHR. Peſtem rectius dixiſſes, qua vix alia exitialior. non iterabo argumenta è foro theologico accerſita ac alibi pertractata, illuſtrata, vindicata in *Sigalione, Theolog. conſc. Salve Reform.* novi cum viro politico & pragmatico mihi nunc eſſe negocium; igitur quæ politicus etiam atque etiam, ἀνὴρ οὐκ ὄναρ, attendere debet, è Sigalione repeto:

Nego

Nego primum, huiusmodi ſyncretiſmum expetendum eſſe, quia moraliter impoſſibilis; habet omnino (ut reſpublica quælibet) religio adverſa ſuum genium, quo invito nihil ſuſcipias, nihil reluctante finias. Papæus Genius noviſſimo Chriſti adventu plenè conficiendus, quis ſit quàm pertinax? ut digitos tuos ex uſu noſti. Odit ille Lutheranam, quam vocant religionem, angue peius; peius Apellarum ſuperſtitione, quos frumentum antiquum ſed marcidum appellat, Lutheranos lolium: illos lare Europæo dignatur, hos igneo nimbo. recte *Ioſephus Hallus* ſcripſit (ita *Erbermann* genii Interpres) ROMAM IRRECONCILIABILEM. *Nam Chaos magnum inter nos (Catholicos) & vos (quoslibet Sectarios) firmatum eſt, ut hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, (niſi admittendo totam Fidem Catholicam, quæ proximè & formatiſſimè in atoma illa infallibilitate DEI & Eccleſiæ fundatur) neq; inde huc remeare licet, niſi exeundo proprium judicium, aut exorcizando inſtinctum illum occultum privati Spiritus.* Non ſuſtinet ille diviſionem vel leviſsimam membrorum h. e. eorum, qui ſub ſchiſmate vivunt, à ſchiſmatis capite: ducit, quo vult, ut catenâ inſolubili, cœcâ obedientiâ, faſcinatos, ſuperſtitionis dulcedine ut nectare ebrios; hiq; ipſi incredibili pertinaciâ, hoc ardentio-

tiori, quò cæciori Zelo cohærent; (*Ephraim vitula docta ad trituram*) ac niſi cohæreant vel Hypocritæ futuri, vel eiiciendi à ſocietate partis papææ: ac licet ſymbolo Apoſtolico ſimpliciter adhærerent, tamen credere tenentur unà cum ſymbolo ἀσύστατα, quæ obſervantiam præceptorum violant, quę, quam una manu porrigunt conteſſerationis ſpeciem, altera rem ipſam adimunt. unde nullos illic habebis, niſi ſimulatos amicos, quos tam calido coeundi affectu proſequeris: & concordiam ſpiritualem inibis cum eo, cuius nomen vel eſt NEMO, vel Sinon. Tuæ pacis Suadam utpote melle quidem illitam, ſed toxicatam, non audit, non audiri permittit: tuas rationes componendarum controverſiarum ridet, Ironicum pro Irenico te machinari cenſet: tuos conatus, ait, non minus eſſe abſurdos, quam ſi audeas & lupos & agnos in unam conflare naturam, aut cum Poetis Tragelaphos & Hippocentauros condere aggredirere. Jam dum politicam religionem exaſciavit, quâ ſub unius capitis reverentiâ & eorundem cultuum externorum formâ, licet in Scholis tanquam ſphæriſteriis liberè pilas ſententiarum excutere & repercutere; impunè ſenſa decretorum divinorum tanquam peripatetica nunc huc nunc illuc verſare.

*Genius*

*Genius* deinde partis *Reformatæ* etſi videatur priori tractabilior, tamen intimiùs conſideratus, eodem dominandi æſtu flagrat, æquè inflexibilis viget: etſi non apertè ubique ſeu prodeat, ſeu ſemet prodat. Unus eſt idemque, etſi ubi invaluit, vim inferat; ubi tentat, aſtu agat. Riget admiſſus, quāvis admittendus cedat, & ſe flecti ſinat. Vidimus ſæpe arborẽ quæ latam ſpatiantibus umbram præbet, quo primum tempore ſata, virgulam fuiſſe teneram, quæ pueri manibus ſummâ tellure poterat revelli; nunc annoſam ſtare in immenſum viribus auctam, frangi ægrè, flecti nullo modo poſſe: vidi bombycina fila, quæ paulo poſt in funes nauticos craſſeſcerent. Noſti rigidos illos, ac cervice ferreos Puritanos, noſti contra Remonſtrantes, quàm ſeverè ſuas partes tueantur? Noſti illarummet partium ſyncretiſtas inter ſe diviſos, alios cum ſolis Lutheranis, alios etiam Papæis, nullos facile cum Arminianis (quibus tamen ex iisdem hypotheſibus ſe conſociare poſſent) conſuſurraturientes. Noſti eorum Anti-Syncretica judicia alibi adducta. ab huiusmodi ingeniis prius è cimice ſanguinem elicias, quàm illam, quam tu moliris conciliaturam. Delicatior aliorum eſt indoles, ſed hoc periculoſior, quo tectior, Syncretiſmum canit, ſymphoniam jactat, ſed

ſed ſi aures nacta fuerit, væ tibi ruitura navis! Hyæna paſtoris vocem fingit, ut oves laniet. Sinon Troianam amicitiam ſimulat, ut palladio illato Troiam aperiret Achivis: capti tunc dolis lacrymisque,

Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

Intelligite hîc ô Teutones, ὑπονοίᾳ quadam, ſub paſtore Lutherum, ſub palladio ſyncretiſmum, ſub Sinone genium Ireno-Poetam, tum intelligetur, quid velim cùm exclamo

—— equo ne credite Teucri:
Quicquid ſit, timeo Danaos & dona ferentes.

Serum eſt clamare, fuimus Troes! Is enim conſilii huius eventus eſt, qualis primi ſyncretiſmi quo delinita fuit Eva! is qui lepori accidit cui ſe Erinaceus inſinuavit. FUIT Eva paradiſi civis: FUIT lepus nidi ſui herus. Ita ignis maritat aquam, ita lupus ovem ſibi placat. Tunc ridebit Tibicen, eiulabit Sionæa Virgo: Te præclarè, de illâ tibi in cuſtodiam traditâ, meritum colet poſteritas. Experto crede. Conſecuta eſt pacem huiusmodi provincia, civitas, aula Teutonica non una, quam defleviſſet, ſi mens non cœca fuiſſet. Quod ſemel bis terve contigit, iterari poteſt. Quid enim

non impetres à genio quorundam noſtratium in aulis politico, exoticis contagiis & commerciis imbuto, oris Dominici incurio, polemicæ Theologiæ, ſi non hoſte, tamen ut olim cum Alcorano cedere eſt juſſa, pertæſo; in omnia politiæ humanæ axiomata , jura, regalia indaganda proniore quàm in axiomata regni Chriſti; hæc neſcire hodie religio, intimiùs cognoſcere πολυπραγμοσύνη eſt, curioſitas diem à nocte diſtinguere velle. minus irreligioſa olim Roma fuit adhuc pago dedita, quæ ſcrupuloſâ curâ, parvula momenta religionis examinavit, omniaque poſt religionem ponenda, ſemper duxit; etiam in quibus ſummæ maieſtatis conſpici decus voluit. Quid non obtineas apud populum Bethleemiticum in cœleſtia ſtupidum, in ſeculi opes ac delicias ſatis ingenioſum, ad fidei myſteria & controverſias è ſuggeſtu propoſitas ſurdum: ad ſummam apud populum ſimplicem, credulum, flexibilem, nervis alienis mobilem, ſequacem: apud gregem (ſi τὸ φιλιππίζειν ex voto ſuccedet) canibus denudatum ſtrenuis, dormitantibus contra & colludentibus muniendum. Quid non ſperaret Jezabel de Iſraelico-Jeroboamico-Sidonio religionis cultu in unum conflando: Thesbite magno illo ſchiſmatico, capite inviſo, Zelote remoto, tacere juſſo, & tanquam

quam pacis victima, in exilium acto? muſſantibus aliis Propheticis, Syncretizantibus, aut laborum mole, ſic gravatis, penuriâ exhauſtis, ut nihil pro DEO audere poſſint. Par ne tibi ac religioſum videretur, ſi hinc Hebræis, illinc Philiſtæis inter ſe infeſtâ acie cōcurrentibus, Neſtor aliquis Hebræus interveniſſet, atque ſic dixiſſet, Miſeret me veſtri, quod manus invicem conſertum veneritis, quas habere poſſetis incruentas, pacatas, amicas: gaudeo enim utrinque conſentiri in DEUM Hebræum, eſſe illum DEUM ſublimem qui Ægyptum percuſſerit variâ plagâ: hîc ſiſtatur. An si autem ad arcam, num in Dagonis ſeu Piſcionis imagine colendus, hoc quidem adhuc diſceptatur: ſed quæſtio eſt inter Sophos utrinque ventilanda, quæ publicam terræ melliſluæ pacem turbare non debet: Componatur in noſtro veſtroque Sacrario arca cum Dagon; tolerentur invicem: Faces bellorum Goliathi, Simſones, Davides compeſcantur, Pax erit. ſi huic conſilio utrinque aſſurgeretur, parne tibi illud ac religioſum videretur? par quidem tuo illo dialactico, non item divino conſilio. Si res noſtræ eſſent, quarum cauſa bellum religionis concitatum eſt, facile tranſigi poſſet eo modo quo Fridericum & Wilhelmum Saxones compoſuit ſine arbitris, facta ami-

ca collatio. Sed bellum DOMINI eſt, non noſtrum, quod gladio Spiritus ad convictionem ac deditionem uſq; agendũ eſt.

Sed & nego ſyncretiſmum ſolidam fore pacem. Fac enim huiusmodi conſilium procedere; perſuaderi aulis, curiis, ſuggeſtibus, plateis: ſeparentur Vitiligatores; demagogis ſilentium imperetur; in unam ſymboli profeſſionem omnes Europæi coaleſcant, controverſias ad ſcholas damnent; num tamen ſtabit huiusmodi inventum, num ad ætatem veniet, num perennabit? vix adduci poſſum, ut credam. Ut boves inſtante lupo coeunt, capita & cornua jungunt, poſt cornibus ſe iterum petunt; ita qui ſyncretiſmo coaluere animi, periculo exemti, in ingenium remigrant. Manebit priſtinum Sectarum ingenium, ad deſuetudinem difficile: manebit cicatrix. Etenim auctore *Plutarcho* in Moral. *Amicitiæ poſt convicia mutua & famæ lacerationes invicem datas aut non coëunt, aut cicatricoſæ coëunt.* Manebit aliquod diſcrimen, & electio, manentibus adhuc controverſiis. erunt adhuc conciones publicæ, ubi non ſemper ſibi temperare poterit, quin in elenchum excurrat, etiam manſuetudine ovis. Maius periculum rei Chriſtianæ imminebit à charitate infidâ, quam bello pennigero. Gliſcet ignis ſub cinere doloſo: erunt, qui

ven-

ventum aſſecuti propitium, excitabunt latentem; erunt qui annales Eccleſiæ luſtrabunt, qui in ſuperiora Eccleſiæ certamina incident, qui Zelotas pro veritate laudabunt, eorum pro fidei puritate argumenta, exilia, martyria penſitabunt, mirabuntur tam levi impetu bella Domini conſidere potuiſſe; nec eſſe qui pro DEO diſcrimen ampliùs ſubeat? erunt homines Saturnii, queruli, δυσχεραίνοντες, erunt aculeones, curiones, faces: ſchiſmatici preſſi, unde unde adiuti capita attollent: parti ſaniori ac meliori è cœlo ſuppetiæ ferentur, ſpiritus afflabuntur; excitabit Deus, canibus ſomno ſopitis, anſeres. Stat, quod Gamaliel olim Hebræus Sophus prudenter monuit, *opus hoc, ſi eſt ex hominibus, uti eſt, diſſolvetur*: Valeat autem tua pax adq; robur adoleſcat, num poterit Princeps Lutheranus domicilium negare Ignatianis; num occludere aulam ne perrepant; civitates ne commorentur; phrontiſteria ne doceant: dummodo non ſint apertè ex illo Zelotarum Marianæorum, Suareſianorum, Garnetianorum genere, ſed indole pacatâ, quam facile erit ad maiorem DEI gloriam aliquandiu ſimulare. Num incolatum denegabit Puritano, pacis Studioſo, dummodo illam tuam catecheſin (cothurnum non uni pedi aptum) amplectatur, cætera elenchi ſecurus. Num excludet à ſinu

ſui patrocinii Arminianos, ſymboli Apoſtolici ſimpliciter intellecti aſſertores: quos incarnationem Filii DEI negaſſe nondum eſt compertum; etſi Trinitatem in non neceſſariis numerent, admittunt tamen & credere ſe profitentur. Quid fiet ex huiusmodi colluvie? poniropolis. Quâ cohabitabunt ἀπυλία? Libertiniſmi. Quid parturient? dignam ſocordiâ prolã, ἀπώλειαν Pars potior ac vigilantior aucupata favorẽ principalem, Agamemnonem nacta depoſiti divini aut ignarum aut incurium: Neſtorem conſecuta, ei religioni, cuius dominium clam agitatur, homogeneum, vigilem, ſtrenuum, enitetur partum (quem non potuere olim eniti Cryptici Wittembergenſes) Lutheranæ Eccleſiæ conculcatorem, ſuæ congregationis extructorem! partum, inquam qualem excluſit bellatricis theologiæ tædium, qui adhuc Orbi Eoo incubat, Alcoranum ſc. Teutonicum. Utinam ſim falſus Aruſpex! Laneis hactenus progreſſa pedibus cœleſtis vindicta, ferreos induet & mala immittet decumana, quorum copiam finemque nullus etiam in editiſſimo Germaniæ monte collocatus ſpeculator pervidebit.

Aio denique ſyncreticam pacem peſtem eſſe Rerumpubl. Non incomperta minor; ſed repeto periculorum & damno-

rum

rum, quæ ſyncretica huiusmodi colluvies Reipubl. cùm Hebrææ, tum Chriſtianæ omni tempore dedit, hiſtoriam, quam notare augur publicus debet, cavere Princeps, ni velit, dum pennas fugit, in retia incidere. Vultis Rempublicam converti, corrumpi, peſſum ire? Syncretiſmo januam aperite, quam cum aperuit Eva, omnem Evigenarum politiam evertit. Ex quo Filii DEI cum filiabus hominum ſanguinem fidemq; miſcuere, viam Cain ingreſſi, gladio Spiritus in vaginam recondito, ſusque habito, in rubiginem deformato, fatalis è Cœlo imber orbem ſepeliit. Nimrod ipſe nomen ſuum, Apoſtata ac Sophiſta gloriæ propoſito illicio, venatus nationum diſpergendarum animos, immanem pharum extruxit, Unionis ſyncreticæ obſidem, & conſilii divini de Coloniis in omnem terram educendis obicem. Quis ſophiſmatis eventus? laceſſita divina Nemeſis Babelem, Babelem eſſe juſſit. Puppas ac idola amavit politia Hebræa adhuc infans, Niloticis vitulis aſſueta, ſed atroci ſervitute luit, quod malè luſit: exitio excidioque devota ob contagium moſcholatricum, Moabiticum, Cananæum: reſtituta poſt ſolutam captivitatem citiùs ruiſſet, niſi fatum ſyncretiſmi (ex idiomate, & coniugio profano, exotico, mixto, unde biformis & quaſi

hybrida proles) heroica proſcriptio retardaſſet. Nec (abſq; hoc fuiſſet) fortaſſis Conſtantinopolis jacturam feciſſet lucis, cum tenebris Alcoranicis comutatæ. Non poſſum non hic extollere repulſam Zelo divino flammantem, quam à Judæis tulere Samaritani Veſpertiliones ſc. fortunâ flante alites, reflante mures: dentium leoninorum vindicias pridem experti, ſocietatem conſtruendæ fabricæ ſacræ ambientes, eo quod unum cum Judæis Numen coluiſſent. *Non eſt vobis & nobis*, ait Zorobabel, *ut ædificemus domum* DEO *noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus* DOMINO DEO *noſtro*.

COSM. Ergone ferarum more Chriſtiani perennes alemus inimicitias, ut Accipitres ſemper vivemus in armis? nulla exulcerato corpori medicina erit ſuper?

CHRIST. Erit, ſi aſtutis ſerpentis antiqui machinationibus, ſi carnalibus rationis ſenſibus, ſi ſpiritus mundialis violentis decretis miſſis, os Domini audietur, ſi conſilia ſanioris ac vividioris rationis prævalebunt. Id ſane eſt quod quæro, quod in omnium ferme ſyncretiſtarū illiciis deſidero, pacem crepant omnes, ut quisque illam ſuomet in cerebro coxit, ac quantumvis inſipidam orbi obtruſit: Nemo tamen ſua illa placita Syncretica ex verbo Divino ſolidè firmavit. Carnem olent & rationem in

hiſce

hiſce cæcam, quæcunque hactenus extra conſilium divinum ſuggeſta ſunt. Pacem laudant ſacræ literæ, pacis indaginem urgent; ſed his conſiliis, his mediis (quibus gladius Spiritus hebetari ſolet, & curari ne tu ſit Faber in Iſrael) rem agendã quis Propheta docuit, quis Apoſtolus ſuaſit? ac ut intelligas quàm liberali, æquo ac moderato animo eſſem conſilia pacis tractaturus, ſi qua me vocatio è cœli calculo urgeret. cedò quibus tu rationibus velles tantas componere lites? audiam illas haut ægrè, eâ tamen conditione, ut quibus ego modis vellem in hoc negocio paciſci, eadem aure excipias.

COSM. Æquum eſt quod petis, non abnuo. Igitur ſi qua ſorte mihi contingeret, aſſidere Principi Evangelico, conſiliis de religionum Lutheranę, præſertim & Reformatæ conciliatione intereſſe, atque ſententiam dicere, juberi, ſuaſor eſſem ac auctor, hæc ut decreta palam publicentur, Decalogo quaſi articulate compræhenſa. 1. *Neutra pars diſſidentium alteram convitiis proſcindito.* 2. *Neutra alteram hæreſews notâ damnato.* 3. *Neutra alteram palam ſeu Manichæorum, Neſtorianorum, Calviniſtarum, Zvvinglianorum, Sacramentarianorum, Syncretiſtarum ſeu Eutychianorum nominibus diffamato.* 4. *Neutra privatorum Doctorum ſententias Eccleſiæ integræ aſcribito.* 5. *Articulos falſo impoſitos eliminato.*

*6.Conſequentias non agnitas proſcribito. 7.Termini Scholaſtici ἄγραφον in Eccleſia non audiuntur: una cum quæſtionibus de modo, de τῷ Quomodo? In myſteriis fidei. 8.Fidem in Diſputationem non adducito. 9. Tolerantia diſſentientium mutua inducitor. 10. Syncretiſmum colito.*

CHRIST. Vide quæſo quàm amicè tecum agam, quàm temperate; Decreta illa tua quæ coxiſti, aliquo ſenſu admittam omnia. percurram judicio ſingula. *Primum* admitto, ſi ſint convitia convitii conſilio iniquè concepta; admitto & *Secundum*, ſi hæreſeως formalis nota promiſcuè in nondum convictos, nondum pertinaces incidat; ſi de agone ipſo h.e. actu colloquii ſermo ſit, in quo induciæ facilè indulgentur. Item ſi damnatio de judiciali ac peremptoriâ juris pronunciatione intelligatur. at quid nobis anathematizatio ſignificet in hom. Sp.Calv. eſt oſtēſum phantaſm. 2.p.655. Tranſeat & tertiū, in ipſo colloquii pacifici paroxyſmo, ex mutuo pacto per indulgentiam: non item tanſeat, ſi abſolutè ac perpetuo prohibeatur, ob argumenta in procœm. hodomor, Spir. Calvin. producta & vindicata. Quod *interrogas* (ait Auguſt.l.2. contra Creſcon. c.6.) *quare veſtros Donatiſtas* (Calviniſtas) *appellem, adiungens quod Donatus* (Calvinus) *non autor & inſtitutor Eccleſiæ, quæ ante non fuerat, ſed à Chriſto deductæ, & an-*

*& antiquæ unus ex Epiſcopus fuerit: nonne attendis hoc de ſe ipſo & Maximinianum* (Socinum) *dicere, ex cuius tamen nomine univerſam eius cõmunionem appellatis? Neq; Schiſma quod fecit, ullo vocabulo à vobis vel ab aliis ſectis diſcernitis niſi aut Maximinianiſtas aut Maximinianenſes* (Socinianos) *aut quodlibet aliud quod à Maximiniani nomine derivetur, aut certè ſimplicius & ſine timore Grammaticarum ferularũ partem Maximiniani nominetis, nunquid hoc dicturus es Maximinianum à veſtra communione ſchiſma feciſſe, hoc autem à communione Catholica non feciſſe* Donatũ (Calvinum)? Tranſeat & *quartum*, ſi ſint non duntaxat ſententiæ privatorum ſed & privatæ; ſi impotenter præcipitatæ, inconſequenter jactæ; ſi in Eccleſiâ non receptæ, non laudatæ non excuſatæ: non tranſeat ſi ſint communes Eccleſiæ ſententiæ, receptæ, decantatæ, defenſæ, conſtantes, præmeditatæ, non mutatæ, conſequenter fluentes, ut ſalvis principiis non poſſint niſi ſic fluere. Qualis oculus, tale corpus. Quod Dominus Epiſcopis ſeptem Eccleſiarum Aſiaticarum ſcribere juſſit, id ipſis Eccleſiis. Accipio & *quintum*, ſi ſint falſo impoſiti, at ſi liquidiſſimè convinci poſſit, eſſe vere impoſitos, maneant inexpuncti. Largior & *ſextum* de conſequentiis ineptè ruentibus, juſto ac ſano judicio non agnitis; at ſi fluãt, ſi ſint agnoſcibiles, nemo

tam

tam aut obbruteſcere debet ut non capere poſſit; aut ſupercilium tam altè attollere ut non velit. Eſt omnino angelo tenebrarum larva detrahenda, ut tranſpareat ſub veſte candida atrum quod latet, putre quod fœtet; ut horreat abſurdum, quod porrigunt hypotheſes palam traditæ. Manumitto & *ſeptimum* de terminis otioſis, non limitaneis atq; rectam didacticā organice neceſſariis, ne quia e.g. peccati originis nomen tot ſyllabis in S.literis non legitur, illud ipſum negare auſit *Epiſcop.* l.4. inſtit. theol. c.2. vide Schulrecht regulam tertiam p.1.7. & ſeqq. Item de *Quomodo* curioſitatis, reſponſum in l. literis non reperientis; & veritatis in dubium vocatę. at valeat *Quomodo* didacticæ indaginis ac induſtriæ, ne beatam virginem ac Dominum ipſum carpamus, *Quomodo*, percontantibus Luc.1. Matthæi 22.43. Largior & *octavum* de diſputatione adialecticâ, prurigine altercandi libidinoſâ & rixandi cupidine amarulenta, inflammatâ: non item de diſputatione juſtâ fidei probandæ, vindicandæ ac expugnandæ contrariæ apiſtiæ. Concedo & *nonum* de tolerantiâ abiaſticâ non anelenchticâ, juxta illud DOMINI *Sinite zizanias creſcere. Sinite*, inquam, an ab omni omnino examine im̄unes? neutiquam: ſed à vi & cæde tutas. Mundi regula eſt ἀλωπεκίζειν πρὸς ἀ-

λώπεκα

λώπεκα; DEI lex eſt, non componere lucem cum tenebris. Sed & denique *decimo* ipſum *ſyncretiſmum* amplector, ſi verè eſt quod præ ſe fert: quid eſt, quod ultrà exigas? Si, inquam, quam vera eſt in ſequenti ſyllogiſmo propoſitio maior, tam vera quoq; eſſet aſſumtio. Omnis Syncretiſmus, conſtans ſeparatione ſchiſmaticorum, reſectione controverſiarum inutilium, collatione ad unum commune ſymbolum, remiſſione reliquarum controverſiarum ad ſcholas, mutuâ tolerantia eſt fovendus. At Syncretiſmus pſeudoapoſtolicus, omnisque alius hactenus exemplis declaratus, eſt huiusmodi ſyncretiſmus: controverſiæ quas amputat non ſunt neceſſariæ ad ſalutem ac fundamentales: conveniunt omnes in vero uno (minimeque æquivoco) ſymbolo fundamentali: controverſiæ reliquæ ad ſcholas tranſmitti poſſunt. Ergo mutua tolerantia fovendus eſt. Immane magnum poſtulatum! Aio enim aſſumtionem eſſe ter quaterque falſam, de ſyncretiſmo inter Orthodoxos Auguſtanæ Confeſſionis Confeſſores, cum Papæis, Calvinianis, aliisque ſimilibus, laudato.

COSM. Satis multa dediſti, quæ ad ulteriorem ruminationem nunc ſepono: audiam tamen vias pacis, quas tu animo concepiſti.

CHRIST. Decreta non afferam, ſed remedia

media in Eccleſiæ ſinum exponam, aut excipienda, ſi lydium veritatis lapidem ſuſtinebunt, aut refellenda ſi non? Hoc ante omnia mihi dabis, ſi Chriſti nomen non odiſti 1. *Os Domini unicè quærendum* cum precibus tum auditu, ac reverenter acceptandum arcendumque quod ab illo vel fluit vel non fluit. Solum in præſenti negotio gladium ſpiritus ac elenchum, cuius finis pax eſt, DOMINUS & juſſit & exemplo conſecravit: contra obicem gladii ille ſpiritus obtruſit, qui Orientem Mahometiſmo, Occidentem Antichriſtianiſmo infecit. Fuerit igitur gladio Spiritus obiiciendus & error fidei capitalis ut confodiat, & nobile verum ut tueatur; atque hinc 2. controverſiæ ſtatus liquidiſſimè exponendus. 3. expoſiti pondus librandum, ac oſtendendum argumentis non eſſe contentionem de lacte gallinæ, ſed de articulo fidei quo ſublato, συλαλωγία fructus ſaluberrimos perdat. Delirant profectò qui naves uno alveo decurrere opinantur, quarum proræ tantum inter ſe diſjacent quantum Rhenus & Albis. Si nollent intus canere, qui hodie ſunt pacificatores, hoc unum agerent, ac evincerent, non eſſe controverſiam de fide quæ ultro citroque agitatur, pax eſſet! hîc lapis eſt, hic move! 4 *Synallaxis prætentanda* ad eũ modum quem Salve Reform. præbuit p. 767. & ſeqq. in *Symboliſmo* juxta colloquii Lipſiaci declaratio-

nem inſtituendo: & quem idem Salve ib. p 806. propinat in exemtione erronei conceptus, phraſeologiæ obſcurioris declaratione, difficultatum obſtantium allevatione. 5. Analyſis utriusque ſententiæ accuratiſſima ſuſcipienda, ad αὐθόχειρειν uſque deducenda, progreſſiva potius quàm inchoativa. Nulla controverſia eſt quæ nondum agitata, expedita adque ἀκμὴν quaſi provecta ſit; hanc ſi inchoare velis, præpoſterâ opera conſumeris, & ſub ſigno cancri navigabis. Quin potiùs ſic age. En tibi; hæc inter nos fervet controverſia; ab hoc ovo cœpit, ad hæc mala hactenus à Maioribus noſtris deducta eſt. Si neſcis? controverſiam de Scriptura S. contra Bellarmini vindicem Gretſerum expedivit Horneius; antagoniſtam invenit nullum. controverſiam e. g. de prædeſtinatione eousq; deduxit Taufrerus, ut nihil reſpondere potuerit Piſcator: in controverſia de S. Cœnâ Zvvingerum obmureſecit Dorſcheus. Fateris hos Doctores viciſſe? perorata lis eſt. Negas? Ergo accingere ad productionem ulteriorem. Sed cave à crambe bis cocta. Hæc profecto eſt fundi noſtri calamitas, quod ſcribunt reſcribunque indocti doctique polemica paſſim: ocioſe repetunt dudum confutata. 6. Sectio hinc anathematica erroris convicti, illinc patrocinium Aletheæ victricis. Omnia iſta in colloquio ad ſtylum magis quam linguam compoſito, dietæ moram admittente, vel locis ſeparato vel coniuncto (utcunq; proceribus Hyperepiſcopis fuerit viſum) *Diſputantium* invicem illorū, qui *poſſunt* ex talenti pondere ne cœci colorum arbitri conſtituantur, will man Füchſe fangen / muß man keine Schepſe an die Garn ſtellē/ ait Lutherus qui; *debent* ex vocationis ſorte; qui *Volūt* ut boni viri Zelo cœlite accenſi; cōtra vētriloqui crucis Chriſti hoſtes veritatē potius prodent quā protegent; qui deniq; *ſolent* ex uſu diſputādi, Academico.

COSM. Studium pacis hæc ſapiunt, ſed vereor ut eventus reſpondeat conſilio. Forte quod ominaris de ſyncretiſmi apotychia, illa quoque tuam ſuadam manebit, Si vel maximè omnia ex voto ſuccedant

cedant, quæ mones: ſi ipſam αὐτοκατάκρισιν obtinueris: obſtinatio tamen confeſſionem victoriæ excludet, nec cedet argumentis.

CHR. Ego verò meliorem ſpem concipio ex ordine divino obſervato, qui comitem habet benedictionem divinam. Sana ratio ſuccurret veritati, cum intelliget, quâ in Eccleſiâ veritas invicta reſonet; affluent ad illam ſponte, quibus ſalus æterna cordi eſt: fugient lupum prudentes, ad eum modum, quo ſuperiori ſeculo, cum Luthero lucem præferente, Antichriſtus eſt proditus, Evangelii puritas vindicata triumphavit. Si quid ſecius accidet, id accidet, non fluet è conſilio: non gaudebit propitio Numine. at ſyncretiſmi ἀποτυχία fluit ex eiusdem genio, ac juſta eſt. obſtinationem franget aut pœna Magiſtratus juſta, aut dies. Sic pax erit, ſi non paſſim, ibi tamen ubi ordo divinus dominabitur.

COS. Vereor nihilominus ut perſuadeas iis, qui genio ſuo, ſemel radiis ornato & aſtris, devotè adhærent, rationem ſui ſtatus ori Dominico obtendunt & Perſica decreta mutare nolunt; Dubito an quiſquam eorum quorum intereſt, tuum hoc conſilium ſit lectione dignaturus; vel ſi legerit ad animum admiſſurus, potius damnaturus.

CHR. Illi ego dicam quod Baſilius Iuliano, ἀνέγνως ἀλλ᾽ οὐκ ἔγνως; εἰ γὰρ ἔγνως οὐκ ἂν κατέγνως. Interim pax Eccleſiæ manebit deſperata. neque enim par eſt ut Os Domini cedat rationi humanæ quantovis in faſtigio conſtitutæ, nec ab adverſo Numine ſperari poteſt. Summa Dies finiet quòd nulla. finis rixarum erit mundi cinis; atq; fiet quod vaticinatus eſt *Ioh. Piſcator*, in óbſerv. ad Iób. 38. p. 374. *Sicut ad dirimendam controverſiam inter Iobum & amicos eius opus fuit DEVM ipſum in medium prodire & ſententiam de utrorumq; dictis ferre, ita videtur, controverſias quæ hodie inter nos orthodoxos & adverſarios noſtros Pontificios atq; alios vigent, non niſi per adventum Domini ad judicium diremtum iri. Quem interim nos patienter expectare oportet.*

FINIS.

# INDEX.


A.

ALcoranicæ *infallibilitatis perſuaſio* 266

Amicitia *inter lucem & tenebras eſſe non poteſt.* 169

Anakoluthiæ *crudæ elenchus.* 235

Analyſis *Logica quid? & in quibus conſiſtat?* 222. *ſeqq. eius exempla.* 225. *ad* 245.

Angelorum *ſummus num Gabriel?* 247

Animarum *apparitio nulla* 46.

*de* Arbitrio *Libero* 203 *ſeqq.*

Ariani *Polemomachiam ſacram declinant.* 258

Arndiana *ſcripta.* 351

Aſylum *non neceſſario debet eſſe viſibile.* 106

Auguſtana *Confeſſio quam habeat perfectionem?* 112. *quomodo parallela Tridentinæ?* 135. *Eius defenſores.* 118

Αὐτοκατάκριτος *qui habendus?* 67. 68. Αὐτοκατακρίσεως *exempla.* 76. vide *Conſcientia.*

B.

Bellarminus *refutatur.* 44. *ſeqq.*

Bellum *prius parandum quã gerendum.* 194. *ex Calumnia ortum, num continuandum?* 119

Bodinus *refutatur.* 341 *ſeqq.*

C.

Cabala. 357

Calviniſtarum *genius qualis?* 368. *ſeqq.*

Calumniæ *Papiſtarum in Lutheranos.* 120

Carolſtadio *defuit ars dialectica.* 198

Cauſſidicus *vafer laqueo necatus.* 255

*ex* Cauſa *mala effectus bonus.* 119

Charitas *quæ amplectenda?* 340. *ſeqq.*

Chemnitii *ſcrutinium hiſtoricum.* 203. *ſeqq.*

Colloquia *Curiæ Romanæ ſunt flagella* 281. *ſeqq. particularia, an neceſſario ſint præmittenda Univerſali?* 169. *ſeq.* 192. *ſeqq.*


Bb Col-

Colloquii *Ratubonenſis finis.* 251. *de* Colloquiis *varia.* 81.*ſeqq.*

Concilium *errare poteſt.* 290.*quale optandum?*137 192. *divinum eſt origine.* 136. *ſaluberrimum fine.* ib. *pulchrum ordine.* 137. *normâ ſacroſanctum.* 140 *Tridentinum quale?* 144. *ſeqq.* Concilio *ſe ſubjiciat Papa.*138.*ſeq.* Conciliis *num nihil proficiatur?* 143.*ſeqq.*

Concluſionis *conceſſis præmiſſis Negatio eſt abſurda.* 173.*ſeqq.* 242.

Concordia *Martyr.* 19. *ſeqq. violenta.* 264.*ſeq.*

Conductus ſalvus *quomodo valeat?* 152.153

Conſcientiæ αὐτοκατακρίσεις. 21. *non ſemper poteſt haberi.* 23.83.137

Conſequentiæ *reſupinatio* 224. *bonæ non poſſunt negari.*173.*ſeqq.* Conſequentiarum *fluxus eſt neceſſarius.*215.*ſeqq.*Conſequentias *Script. S. qui negant?*354. *non admittunt Calviniani.*325.*ſeqq.* 333.*ſeqq.* 338. *negant Papæi.* 285

Coſuetudinis *adultæ præiudicium.* 284

Contendere *quid?* 288

Convitia *an licita?* 171.172 378.

Cornæus *victus.* 91

D.

Deductionis *ad abſurdum exempla.* 226 *ſeqq.*

Diaboli *in Religionem odia.* 1.

Dialectica *quibus defuit.* 198. *eſt organon belli ſacri dirimendi.* 197. *ſeqq. luit, quod ſophiſtica peccat.* 255. *charitativa.*340 *nullius juridictionis eſt ſubiecta.*334. Dialecticæ *ſors indigna.* 198

Dieſtius *refutatur.* 164. *ſeqq.*

Diſputatio *neceſſaria.* 44. 45. Diſputationes *nullas admittit Alcoranus.* 260.*ſeqq. oderunt Calviniani.*

*niani. ſeqq.* 325. *ad* 337. 338. *ſeqq. qui non admittendas cenſuerunt.* 256. *ſeqq. quæ merito reprehendendæ:* 289. *contra* Diſputationes. 81. *ſeqq. pro* Diſputationibus. 87. *ſeqq.*

Diſputandū *quando non eſt cum Sathana?* 35. *ſeqq.*

Diſputare *publice num liceat cum infidelibus?* 286. *ſeqq. ad* 296. *à* Diſputando *num abſtinendum?* 352

Doctor *Eccleſiæ* v. *Eccleſia.* Doctores *polemici ſunt rari.* 359

Duræus *in ſcribendo tardus.* 8. 9. *Eius dialectica charitativa,* 340

E.

Eccleſia *illa non eſt Chriſtiana, à qua Chriſtus abeſt.* 161. *Catholica quæ?* 107. Eccleſiæ *doctores veri armant ſe in prœlia.* 2. *ſeqq. indeficibilitas nulla.* 298 *ſucceßio.* 305

Effectus *bonus ex mala cauſa.* 119

Elenchus *à paticulari ad univerſale.* 236. *ab exemplo ad regulam.* 237. ἐλέγχειν *quid?* 73. 177

Ἔνστασις *quæ probanda?* 248

Errores *in ſacris quomodo eradicandi?* 60

*ab* Exemplo *ad regulam argumentatio.* 237

F.

Fides *generalis involvit hæreſes.* 44

Friburgica *hyæna.* 8

Forma *ſyllogiſmi obſervanda.* 249. 250. Formæ *in argumentando attentio.* 223.

Fuga *in qua perſecutione ſit licita?* 151. *ſeq.*

G.

Gabriel *an Angelorum ſummus?* 247

Gibbon. 100. *refutatur.* 102 *ſeqq.*

Gladius *qualis in hoc opere exhibeatur?* 11. *Spiritualis cum corporali confertur.* 74. *ſeq.* Gladium *ſuper altare ponere.* 11. *Hu-*

Jus vocis homonymia. 69. 71

H.

Hæretici gaudere debent temporali ἀσυλίᾳ. 60. ſuo nomine ſunt nominandi. 378. ſeq.
Henrici refutatur. 110. ſeqq.
Hiſpaniæ Reges Tribunali juſtitiæ ſe ſubiecerunt. 302
Hiſtoriarum ſacrarum uſus. 202. ſeqq.
Hoſpiniani Concordia diſcors. 203
Hunnerichus Vandalorum Rex diſputationum oſor. 258. 259. Item Hunnij, 195.
Hyperepiſcopia competit Principi. 137

I.

Jacobus num Apoſtolus Hiſpaniæ? 310
Jeſuitæ cur Ignatiani? 4
Ignorabilia in ſacris. 62
Imperatores Chriſtiani interdum ethniſant. 288
Indeficibilitas Eccleſiæ non neceſſaria. 106. 107. Eius opinio quid noceat? 17
Infallibilitas Papæ demonſtrari nequit. 297. ſeqq.
Inſtrumentum, quale debeat eſſe? 63
INTERIM Carolinum. 80
Judæi verbo DEI converſi. 78
Judex Reus. 145
Juramenti relaxatio num peti aut obtineri queat? 185.
Laubenbergius refutatur. 123. ſeqq.
Lex 4. Cod. de ſumma Trinit. explicatur. 289
Linguæ Arabicæ ſtudium commendatur. 274
Linguarum ſtudium floreat 65. 66.
Lipſius refutatur. 343. ſeqq.
Ludovici XII. Gall. R. egregie factum. 181. ſeqq.
Lutherus non erat δαιμονοδίδακτος. 54. ſeqq Script. ſacram & ſe defendit. 292. ſeqq.
cum Luthero quâ methodo actum? 312
Lutheri agon cum Sathana. 48. ſeqq.
Lutheranus ab Papiſta vocatus num teneatur ſe ſiſtere? 151. ſeqq.

è Lu-

è Lutheranis *ſcriptoribus irrefutati, Hutterus & Siguardus.* 9.164
Lutherana *Eccleſia eſt Catholica.* 107
Lutherani *num teneantur ad pacem cum Romana Eccleſia?* 102. *ſeqq.* 110. *ſeqq.* 123. *ſeqq.*
M.
Magia *num ex ſacris poßit probari?* 225
B. Mariæ *aſſumptio.* 310
Martini *de analyſi logica libellus.* 197.330
Medicinæ *cum Theologia convenientia.* 22.59
Μεταφάσεως εἰς ἄλλο γένος *caſtigatio.* 234
Miraculorum *jactantia.* 310.311.
Moſes *num Magus?* 225
Myſteria *ſacra.* 345. *ſeqq.*
O.
Obex Mahometicus, *qualis?* 262. *Eius Origo.* 263. *Ratio.* 264. *ſeqq. Vis.* 269. *Iniquitas in Aletheam.* 269. *Mahometicolas ipſos.* 270. *Conſcientiam.* 271. *Rigor.* 272. *ſeqq.* *Noxa.* 280. Papæus, *qualis?* 280 *ſeqq. Eius Origo.* 296. *Ratio ficta.* 296. *ſeqq. vera.* 306. *ſeqq. Vis.* 317. *Iniquitas in Aletheam.* 318. *Proximum* ib. *Papiſtas ipſos.* 319. *Rigor.* 323. *ſeq. Noxa.* 321. *ſeq.* Syncreticus, *qualis?* 325. *ſeqq. Eius Origo.* 328. *ſeqq. Ratio.* 330. *Vis* 331. *Iniquitas in Sp. S.* 331. *in Eccleſiæ Doctores.* 332. *Eccleſiam ipſam.* ib. *in Ius Logicum.* 334. *Rigor.* 335. *ſeqq. noxa.* 334. Simplicianus. 337. *ſeqq.*
Oculos *dextros cur Iabeſitis Nahas Ammonites erui voluit?* 318
*in* Religionem *odia Diaboli.* 1
Opponentis *officia.* 245. *ſeqq.*
Orandum *pro omnibus.* 34.
P.
Pacius *refutatur.* 79
Papa *hæreticus num tolerandus?* 146. *ſubiiciendus Concilio.* 138. *ſeq. fallere*

poteſt.306 Papæ *authoritas cadit*.89. Paparum *jus perſicum*.301.302. Papalis *ſtatus Monarchicus immutabilis*.307. Papatus *à priſco rigore in nonnullis hodie remiſit*. 118. Papæi *abhorrent à Dialogiſmo*. 80. *ſeqq*. *à Colloquiis*.281.*ſeqq*. Papiſtarum *ſophiſticandi licentia*. 309. *monimenta, è quibus Doctrinam ſuam ſtabiliunt*. 212

Pappus *contra Sturmium*. 223.

Pareus *victus eſt*. 164

Pax *ſale condienda*. 176. *Sirenica eſt fugienda*.7. *eſſe nequit, ubi DEVS bellum voluit*. 8. *qualis intendatur?* 12. *ſeqq*. *quæ amanda?* 14. *quæ fugienda?* 15. *ſeqq*. *quæ quærenda?* 362. *ſeqq*. Pacis ſacræ finis *intermedius*. 21. *ſeqq*. ῷ. 27. *ſeqq*. *eccleſiaſticæ via*. 382. *ſeqq*. Pacem *quam Dominus miſit?* 8.18

Pontifex *Romanus eſt fallibilis*.133. *non eſt caput*. 135 Pontificii *volunt eſſe irreformabiles*.79 Pontificiorũ *inertia*. 313. *ſeqq*. Pontificiæ *Victoria impoßibilitas*.308. Principium *controverſiarum ſacrarum*.245. *ſeq*. Principii *petitio*. 241. *denudatio*. 222

Proſopopæiæ *in ſacris uſus*. 49. 54. 57. 61.

Pſeudhermeniæ *elenchus*. 235.

Q.

Quackeri *nõ diſputãt*. 339

R.

Ratio *ſtatus quid?* 264

Ratisbonenſis *Colloquÿ finis*. 251

Reformati *quidam Doctores refutati*.164. Reformatorum *monimenta, è quibus Doctrinam ſuam probant*. 212.*ſeqq*.

Religiones *in Europa qui per Doctorem ex Otomannica porta coalituras putant?* 5.*ſeqq*. Religionem *totam paucis com-*

*mittere eſt periculoſum.* 184.
Reſpondentis *officia.* 247. *ſeqq.*
Reſurrectio *mortuorum.* 332.
Roma *irreconciliabilis.* 366

S.

Sale *condienda eſt pax.* 176
Sanctorum *invocatio.* 310. 311.
*cum* Sathana *quando non diſputandum?* 35. *ſeqq.*
Scriptura Sacr. *principium controverſiarum ſacrarũ.* 245. *ſeq. eſt ſepulchrum Domini.* 358. *ſeq. per ſe non eſt fallax.* 47. Scripturæ Sacræ *lectio non conceditur Papiſtis.* 320. 321. *ſufficientia.* 196. *efficacia.* 76. *ſeqq.*
Sepulchrum *Domini.* 358. *ſeqq.*
Serarius *refutatur.* 54. *ſeqq.*
Siſinnii *iudicium de diſputationibus.* 256. *ſeqq.*
Sophiſtica *quod peccat, dialectica luit.* 255. Sophiſticandi *licentia Papiſtarum.* 309
Status *controverſiæ inprimis animadvertendus.* 200. *ſeqq.* 238.
Sturmius *contra Pappum.* 223.
*Petrus* Suavis. 121. 122
Subtilitas *quid?* 345. *ſeqq.*
Syllogiſmus *Categoricus quid?* 352. *eſt neceſſarius in bello ſacro.* 245. *ſed in forma bonus.* 247. 249. *ad* Syllogiſticam *formam an teneatur Theologus?* 352.
Syncretiſmus *quid?* 93. *ſeq.* 364 *ſeqq. an expetendus?* 366. *ſeqq. non poteſt eſſe ſolida pax.* 372. *ſeq. eſt peſtis Reip.* 374. *ſeq.* Syncretiſmum *pro fine habet Dieſtius in ſuâ diſſert.* 166 *ſeq.* Syncretiſtarum *decem præcepta.* 377. *ſeq. examinantur.* 378. *ſeqq.*

T.

Tabacci *Medicina.* 311
Theologus *an teneatur ad formam ſyllogiſticam?* 352
Theologiæ *cum Medicina con-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/411
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

*na convenientia.* 22. 59

Tolerantia *quam Calviniani quærunt.* 327

Tridentina *Confeßio.* 212. *Eius ſenſus contradictorij.* 121. *ſeqq.*

Turcæ *num converti poßint?* 272. *& quomodo?* 273. *ſeqq. nullas admittunt diſputationes.* 260. *ſeqq.* Turcas *qui Chriſtiani exercitus oppugnarunt?* 277. *ſeqq.*

Tyrannus *an poßit iudicari?* 145

V.

*Greg. de* Valent. *refutatur.* 286. *ſeqq.*

Victoria *iactanda non eſt ante prœlium deprœliatum.* 251. *ſeqq.* Victoriæ *indicia.* 251

*pro* Victo *qui habendus?* 67. 68.

*ab* Univerſalibus *ad particularia veniendum.* 170. 193.

Z.

Zizanium *quid?* 59.

FINIS.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/413
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/414
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Th. evang. pol.
1645

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/415
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id368008495/416
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft